Viro Clarissimo Doctissimo
Avellino
observantissime.
O. Jahn

PALAMEDES.

Digitized by Google

PALAMEDES.

DISSERTATIO PHILOLOGICA

SCRIPSIT

OTTO JAHN.

HAMBURGI

PROSTAT APUD PERTHES ET BESSER.

1836.

GREG. GUIL. NITZSCHIO

PRAECEPTORI CARISSIMO.

Digitized by Google

Diu multumque dubitavi, VIR CLARISSIME, num hoc opusculum, leviculum sane nec TUO nomine dignum munus, TIBI offerrem, sed vicit tandem omnem dubitationem consideratio eorum, quae TIBI debeam, indeque aucta in dies magis cupido gratum TIBI testandi animum; nemo enim studia mea inde ab initio tantopere fovit, et auxit, quam TU fecisti. Nam cum pater optimus adolescentem me decem et septem annorum, dimissum e schola Chiloniensi et ex privata *P. Forchhammeri,* quem recuperatum iam gaudet academia nostra, disciplina, aliam quoque scholam frequentare vel-

let, Tu ei potissimum auctor fuisti, ut *Portae*, almae matri, me traderet, nec dedignatus es, privato examine tentatum *Langeio* commendare. Quo consilio salubrius inveniri non potuit, et inter summa, quae mihi contigerunt a providentia divina, beneficia gratissimo animo hoc numerare nunquam desinam, quod adolescentia mea huic viro tradita est, quem non praeceptorem, sed vere alterum patrem expertus sum. Qui cum praematura morte scholae ereptus esset, ego universitatis Chiloniensis prius quam cogitaram civis factus sum, et a Te statim in seminarium philologicum receptus, ubi Tu iuvenem, sine certo consilio huc illuc per latos philologiae campos vagantem, humanissime tulisti et errantem comiter in viam

reduxisti. Deinde cum *G. Hermanni* claro nomine allectus Lipsiensia castra peterem, posteaque annum ibi commoratus Berolinum me conferrem, TU studia mea quovis modo alere et sustentare non desiisti, reversum vero in patriam seminario rursus adscripsisti, et studiorum meorum, ut patronum semper et fautorem ita iudicem nuper benignum TE praebuisti. Cui igitur hunc libellum commendem potius, quam TIBI? Cui rationes, quas in scribendo secutus sim, breviter narrem potius, quam TIBI?

Cum ad summos in philosophia honores rite capessendos exhibenda esset scriptiuncula aliqua, eique materiam circumspicerem, quam implere sinerent vires (malui enim parvum

opus perficere, quam in maiore deficere), elegi tandem **Palamedis** mythum, quem accuratius tractarem ita, ut quid antiquitus de eo traditum esset, historica cognitione investigarem et recenserem. Ita factum est, ut de carminibus epicis et lyricis pauca tantum retulerim, quia pauca tradita accepi, ut de ratione, qua mythus ortus sit, num popularis fortasse invidia vim exercuerit in poetas, ut Ulixem deprimerent, Palamedem augerent, de modo, quo deinde usque ad tragicos poetas sensim excultus sit, quatenus tragici ex epicis et lyricis hauserint, aut de suo addiderint, nullas fere expromserim suspiciones, quia nihil traditum inveni, unde ad talia historice componenda tuto egredi liceret. Sicuti enim nihil

facilius esse videtur, quam de iis opiniones sibi fingere, de quibus non accurate traditum est, ita nihil magis incertum est, nec quidquam magis corrumpere videtur philologiam, quam si res, non quales fuerint, sed quales sibi aliquis cogitare possit, exhibemus. Bene enim teneo, quibus inter alia Lipsia decedentem monuit *G. Hermannus*, id agere debere philologum, non solum ut sciat, quae sciri possint, verum etiam ut perspectum semper habeat, quae sciri nequeant et cur nequeant, quam sententiam unice veram esse, uti iam tum persuasum habui, ita magis etiam confirmavit me inprimis *C. Lachmanni* et *J. Olshauseni*, quem si non genere, animo tamen fratrem habeo, consuetudo. Sterilis ergo quibusdam

malui apparere, quam nimis suspicax; medium enim tenuisse me, qui possim suspicari? — Sed satis de ratione mea, quae TE non latet, nimis diu enim teneo TE, et a cura, quam salutiferam scholis nostris navare incepisti, avoco. Vale igitur, meisque studiis in posterum quoque fave.

Chilon. exeunte Octobri 1836.

Otto Jahn.

Digitized by Google

PALAMEDES.

PALAMEDEM, virum tot tantisque prudentiae et probitatis laudibus inter heroas temporum Troicorum eminentem ab Homero ne nominari quidem satis notum est, nec inter veteres defuerunt, qui huius silentii satis miri, ut videbatur, caussas reddere conarentur. Ita Tzetzes exeg. in Il. p. 44: *τῷ δὲ ποιητῇ ἀπεχθάνομαι*, inquit, *καίτοι πνέων τὸν ἄνδρα, ὅτι τὰ τȣ̃τȣ* (loquitur de Palamede) *σεσίγηκεν· οὐκ ἀγνοῶ δὲ τὸν τρόπον· ἵνα γὰρ μὴ τὴν ἀρετὴν τῶν Ἑλλήνων κατά τι δείξῃ χωλεύουσάν τε καὶ ἑτερόφθαλμον τȣ̃το πεποίηκε*; et hic quidem satis benigne cum Homero agit, multo acerbius Philostratus, qui vita Apoll. Tyan. III, 22 ita: *κέχρηται δὲ* (Palamedes) *ἐναντιωτάτοις Ὀδυσσεῖ καὶ Ὁμήρῳ, τῷ μὲν ξυνθέντι ἐπ' αὐτὸν τέχνας, ὑφ' ὧν κατελιθώθη, τῷ δὲ ȣ̓δὲ αὐτὸν ἀξιώσαντι*, et Heroic. XVIII, 3 narrat, Homerum de Troico bello cantaturum, Ithacam esse profectum, ibique ex inferis excitasse Ulixem, qui ei omnia narraverit, mercedemque postulaverit, ne Palamedis ullam mentionem iniiceret, ut ipsius pravitas ne detegeretur, quod fecisse Homerum, cf. Her. II, 19, quod Philostrati commentum ipse Tzetz. schol. ad exeg. in Il. p. 148 plane ridiculum auctoreque dignum (*τῶν λίαν γελοίων καὶ Φιλοστράτȣ ὄντως ἐπάξιον*) putat. Nec mitius Suidas s. v. *Παλαμήδης*, qui eum eum *ἐποποιόν* nuncupasset, enumeratis inventis

eius, ita pergit: τὰ δὲ ποιήματα αὐτȣ̃ ἠφανίσθη ὑπὸ τῶν Αγαμέμνονος ἀπογόνων διὰ βασκανίαν· ὑπολαμβάνω δὲ καὶ τὸν ποιητὴν Ὅμηρον αὐτὸ τȣ̃το πεπονθέναι καὶ μηδεμίαν τȣ̃ ἀνδρὸς μνήμην ποιήσασθαι, quibus ab altera manu adiecta sunt: ἠφανίσθη τὰ τȣ̃ Παλαμήδȣς ποιήματα διὰ βασκανίαν ὑπὸ Ὁμήρȣ. Nostris tandem temporibus licet contra hanc calumniam defendere Homerum, quippe qui sciamus, iusto carmine Palamedem celebratum esse ab Homero; ita enim legimus in *Crameri* Anecdd. Oxonn. t. I, p. 277 in annotatione ad Il. β, 761 ad v. Μȣ̃σα· ἀπὸ μιᾶς αἱ πᾶσαι λέγονται· Μνασέας[1]) δὲ φησὶν ὅτι αἱ πᾶσαι τρεῖς εἰσίν· Μȣ̃σα, Θεά, Ὑμνώ·[2]) ἐν μὲν ȣ̃ν Ἰλιάδι (I, 1) μεμνῆσθαι τῆς Θεᾶς, ἐν δὲ Ὀδυσσείᾳ (I, 1) τῆς Μȣ́σας, ἐν δὲ τῇ Παλαμηδείᾳ τῆς Ὑμνȣ̃ς. Quicquid statuas de hac Musarum triade aliunde, quantum scio, non nota,[3]) lucramur inde notitiam carminis Homerici hucusque incogniti. Quod sive singulare quoddam epos fuit Palamedis fata tractans, sive maioris carminis pars quaedam Palamedem spectans — ut simili ratione singulae partes Odysseae et Iliadis suis titulis nominantur cf. *Nitzsch.* quaest. Hom. IV, p. 11 — eodem iure Homero adiudicabitur, quo Ilias, quo Odyssea, quo tot alia carmina epica, quae utrum ad Homerum an ad alium quendam referenda essent auctorem, docta dubitavit antiquitas. Nam non errasse eos, qui haec carmina Homero adscripserunt, iure obtinemus, si, quod *Boeckhius* in ind. lectt. Berol. 1834, demonstravit cf. *Nitzsch.* melett. p. 127 sqq., Homerum non certum quendam poetam, sed fabulosum gentis Homeridarum putamus auctorem; ita enim apparet, ea carmina, quae ad unum Homerum referuntur, esse pro anonymis habenda, cum Homeri nomen ad genus tantum poeseos spectet. Ceterum hac sententia recepta nihil

auctoritatis detrahi illi sententiae de uno Odysseae et Iliadis auctore, quae suum locum in dies magis obtinet, prudentibus non est quod moneam. Palamedeae[4]) vero nostrae tenuem tantum famam apud antiquos fuisse necesse est, quam nec a **Pausania** diligentissimo antiquorum carminum epicorum perscrutatore commemoratam videmus, neque **Straboni** in notitiam venisse probat locus VIII, p. 368 D. Cas., ubi totam de Nauplii eiusque filiis fabulam a recentioribus confictam putat, cum Homerus Palamedis, si modo fuisset, mentionem non iniicere non potuisset. Qua vero ratione in hoc carmine Palamedis fabula tractata fuerit, divinari nequit, neque quemadmodum a **Cercope**[5]) hoc factum sit, traditum est, in **Nostis** vero eo loco, quo Nauplii ultio narrabatur, probabiliter potest coniici.[6]) Paullo accuratius possumus de **Cypriis** carminibus iudicare. **Proclus** enim, ubi Cypriorum argumentum enarrat, haec habet p. 525 Gaisf. *Καὶ μαίνεσθαι προσποιησάμενον τὸν Ὀδυσσέα ἐπὶ τῷ μὴ θέλειν συστρατεύεσθαι ἐφώρασαν Παλαμήδους ὑποθεμένου τὸν υἱὸν Τηλέμαχον ἐπὶ κόλασιν ἐξαρπάσαντες.* Minus accurate igitur **Cicero** off. III, 26, 97 locutus est, ubi hanc simulatam Ulixis insaniam a tragicis inventam dicit. Recentiores narrant ea re ostendere fictam insaniam (cf. **Luc.** salt. 46. **Ael.** V. H. XIII, 12. **Schol. Soph.** Phil. 1011) studuisse Ulixem, quod par impar[7]) iugo subiecerit, vel asinum et bovem,[8]) vel equum et bovem,[9]) itaque araverit; Palamedem vero Telemachum filium aratro subiecisse, quo facto Ulixem filio ut vitam servaret consilium omisisse.[10]) Minus recte vero *Welcker*. Zeitschr. f. A. W. 1834 n. 5 p. 43 hanc fabulam Cypriis iam intulisse videtur. Horum rationem secutus videtur pictor apud **Luc.** de dom. 30, ubi cum Ulixes insaniam

simularet, Παλαμήδης συνεὶς το γιγνόμενον ἁρπάσας τὸν Τηλέμαχον ἀπειλεῖ φονεύσειν πρόκωπον ἔχων τὸ ξίφος καὶ πρὸς τὴν τῆς μανίας ὑπόκρισιν ὀργὴν καὶ ὗτος ἀνθυποκρίνεται· ὁ δὲ Ὀδυσσεὺς πρὸς τὸν φόβον τῦτον σωφρονεῖ καὶ πατὴρ γίγνεται καὶ λύει τὴν ὑπόκρισιν. Nec aliter fortasse statuendum est de tabula **Euphranoris** (errat *Beier.* ad Cic. off. t. II, p. 365 **Parrhasium** nominans) quam commemorat **Plin.** H. N. XXXV, 11, 40, 129: *Nobilis eius tabula Ephesi est, Ulixes simulata vesania bovem cum equo iungens et Palamedes dux gladium condens,* nam lectio **Vet. Dal.** et **ed. princ.** *Palamedes* pro *palliati cogitantes* iuvari videtur **cod. Bamb.**, qui illa, quae exhibuimus: *nobilis — tabula* praebet pro vulg. *nobiles tabulae.* In fine carminis **Proclus** narratam esse Palamedis mortem tradit,[11]) de qua accuratius nos docet **Paus.** X, 31, 1: Παλαμήδην δὲ ἀποπνιγῆναι προσελθόντα ἐπὶ ἰχθύων θήραν, Διομήδην δὲ τὸν ἀποκτείναντα εἶναι καὶ Ὀδυσσέα ἐπιλεξάμενος ἐν ἔπεσι οἶδα τοῖς Κυπρίοις.[12]) Caussam inimicitiae Ulixis praebent supra narrata, accessisse putat *Welckerus* invidiam ex inventis Palamedis natam, quae quamvis ex epicis carminibus non commemorentur, tamen in iis magnam certe partem tractata esse, verisimile putat,[13]) et praecipue e remediis contra pestem et famem a Palamede datis,[14]) quae non sine veri specie disputata sunt. Et haec fere sunt, quae ex antiquioribus carminibus **epicis** de Palamede traduntur perpauca, pauciora vero e **lyricis** poetis tradita sunt. Praeterquam enim quod **Pindarum** (fr. 178 p. 651) Palamedem vocasse κυριώτερον τῦ Ὀδυσσέως εἰς σοφίας λόγον discimus ex **Aristide** or. XLVI, t. II, p. 339 Dind., nihil e lyricorum carminibus de Palamede cognovimus, nisi quod traditur in **scholl.** ad **Dion. Thr.**

apud *Bekker*. Anecdd. t. II, p. 786 Στησίχορος δὲ Παλαμήδην εὑρετὴν αὐτῶν (τῶν στοιχείων) ποιεῖται, et accuratius ib. p. 783 Στησίχορος δὲ ἐν δευτέρῳ Ὀρεστείας τὸν Παλαμήδην φησὶν εὑρηκέναι (fr. XXXVIII Klein.).[15])

Transeundum igitur est ad tragicos poetas, de quibus plura sunt, quae memoremus, nam in scena frequens fuit Palamedes. Quare saepissime tragoediarum[16]) tragicorumve[17]) simpliciter mentio fit apud auctores, qui de Palamede narrant. Ceterum unusquisque e tribus tragicorum Graecorum principibus tragoediam docuit Palamedis nomine inscriptam. Aeschylum scripsisse Palamedem, quamvis non nominetur in catalogo fabularum eius,[18]) divinando assecutus erat *Gatakerus* adverss. misc. X, p. 350, quod verum esse docuit Schol. Ven. Il. δ, 319 Αἰσχύλος Παλαμήδῃ· τίνος κατέκτας ἕνεκα παῖδ' ἐμὸν βλάβης; Hunc vs. *Butlerus* Nauplii esse putavit, Agamemnonem increpantis, rectius *Welckerus* Aesch. Tril. p. 467 sq. Zeitschr. f. A. W. 1834 n. 5, p. 43 Ulixi tribuit de Palamede loquenti, qui Telemachum se necaturum olim simulaverat, ut Ulixis detegeret fictam insaniam, ita ut κατέκτας de conatu sit intelligendum, quod inprimis aptum commoto animo dicenti.[19]) De se suisque inventis loquentem Palamedem ita produxit apud Athen. I, p. 11 E.[20])

Καὶ ταξιάρχας καὶ στρατάρχας καὶ ἑκατοντάρχας[21])
Ἔταξα, σῖτον δ' εἰδέναι διώρισα
Ἄριστα, δεῖπνα, δόρπα θ' αἱρεῖσθαι τρίτα.[22])

Porro illos versus, qui apud Stob. Ecl. I, 2, p. 4 versibus Aeschyli e Prometheo 464 subiecti leguntur:

Ἔπειτα πάσης Ἑλλάδος καὶ ξυμμάχων
Βίον διῴκησ' ὄντα πρὶν πεφυρμένον
Θηρσίν θ' ὅμοιον· πρῶτα μὲν τὸν πάνσοφον
Ἀριθμὸν εὕρηκ' ἔξοχον σοφισμάτων

Blomfieldius ad **Prom.** p. 35 ex **Aeschyli Palamede** desumtos putat, cui sententiae auctoritas accedit e **schol.** ad **Aesch. Prom.** 458, ubi dicit ταύτην τὴν εὕρεσιν καὶ Παλαμήδῃ προσῆψεν,[23]) quod verbum minus recte in προσῆψαν mutari voluerunt VV. DD., cum ad Aeschyli Palamedem respexisse putandus sit, quare non possum *Hermanno* accedere, qui illos vss. ex **Euripidis Palamede** desumtos putat, quem secutus est *Dindorfius*, quamvis saepissime trium tragicorum nomina confundi bene sciam.[24]) Ceterum quam protulit *Welckerus* Aesch. Tril. p. 466 sqq. de Aeschyli Palamede sententiam, fuisse eam primam fabulam trilogiae de Ulixe, quam exceperint **psychagogoe** et **Ulixes** ἀκανθοπλήξ, non magis possum probare, quam *Henrichsen.* de Cypriis p. 87. *Droysenius* quoque in versione Aeschyli t. II, p. 258 in hanc trilogiam, quam ingeniose a *Welckero* compositam dicit, insinuare se non potuit.

Qui Aeschylum excipit **Sophocles** pluribus tragoediis Palamedis Fabulam tractavit. Primum in Ὀδυσσεῖ μαινομένῳ, quamvis ex fragmentis n. 411—415 Dind. de actione et compositione fabulae nihil certi constitui possit, Sophoclem tractasse illud argumentum e Cypriis iam notum cf. p. 3, quo ipse respicit **Phil.** 1025 non potest esse dubium. Sequitur **Palamedes**, de qua non magis certum indicium a nobis ferri potest, cum nihil ex ea servatum sit, e quo de tota fabula concludatur, v. frgmm. n. 426-428 Dind. Rectissime vero *Brunckius*, longius fragmentum n. 380

Οὐ λιμὸν ἔτος τῶνδ' ἄπωσε, ξὺν θεῷ
Εἰπεῖν,[25]) χρόνου τε διατριβὰς σοφωτάτας
Ἐφεῦρε, φλοίσβου μετὰ κοπὴν καθημένοις
Πέσσους, κύβους τε τερπνὸν ἀργίας ἄκος;

quamquam disertis verbis ex **Palamede** affert **Eust.** ad Il. β, p. 228 (ὃς ἐν δράματι ὁμονύμῳ τῷ εὑρετῇ Παλαμήδει φησί) Od. α, p. 1397, ad **Nauplium** videtur rettulisse.[26]) Quamvis enim fieri possit, ut de Palamedis meritis loquentem non ipsum produxerit poeta, sed vel Oeacem fratrem vel Aiacem Telamonium[27]) aut Achillem, tamen cum apud **Achillem Tat.** isag. ad **Arat. Phaen.** c. I, p. 122 Pet. haec habeamus: Σοφοκλῆς δὲ Παλαμήδει ἀνατίθησιν· λέγοντα γὰρ Ναύπλιον εἰσάγει·

Οὗτος δ' ἐφεῦρε τεῖχος Ἀργείων στρατῷ
Σταθμῶν, ἀριθμῶν καὶ μέτρων εὑρήματα·
Κἀκεῖν' ἔτευξε πρῶτος ἐξ ἑνὸς δέκα
Κἀκ τῶνδε γ' αὖθις εὗρε πεντηκοντάδας
Εἰς χίλι'· ἔτος εἷς στρατῷ φρυκτωρίαν,
Ὕπνου φυλάξεις, ἔς θ' ἕω σημάντρια
Ἔδειξε, κἀνέφηνεν οὐ δεδειγμένα·
Ἐφεῦρε δ' ἄστρων μέτρα καὶ περιστροφὰς,
Τάξεις δὲ ταύτας, οὐράνιά τε σήματα,
Ναῶν τε ποιμάντηρσιν ἐν θαλασσίων
Ἄρκτου στροφάς τε καὶ Κυνὸς ψυχρὰν δύσιν[28])

quibus tam apte concinunt supra posita, ut non possint non in eadem oratione posita esse, illa quoque ex Nauplio petita censenda sunt. Neque enim audiendus esset is, qui in Palamede fabula dixisse illa Nauplium putaret, cum neutiquam verisimile sit eadem tractasse Sophoclem in Nauplio, quae in Palamede. Nam cum duae commemorentur **Nauplii** Sophoclis καταπλέων et πυρκαεύς,

probabile est, in priore fabula Nauplium de morte filii nuncio accepto Troiam profectum esse ut de ea a Graecis poenam repeteret,[29]) quod cum irritum fuisset, ultionem minatum domum rediisse,[30]) quo in argumento quam apte collocari potuerit tota illa Nauplii oratio nemo non videt. Illa vero ultionis pars, qua principum Achaeorum Troiam obsidentium uxores corrupit Nauplius[31]) qua ratione apte in tragoedia agi potuerit, non intelligo, quare non puto, pertinere eam ad Sophoclis Nauplium καταπλέοντα.[32]) Si vere haec tradita fuerunt a Sophocle possent aptius narrata fuisse in altera Nauplio πυρκαεῖ, cuius argumentum nota illa Nauplii ultio erat, cum falsis signis expositis classem Graecorum Troia redeuntium tempestate coorta ad Caphareidas rupes perderet.[33]) Pronus vero fuit Eustathii error, nam cum saepissime erratum sit in citandis fabularum titulis, vel ita ut singula eiusdem trilogiae dramata confundantur,[34]) vel ita ut nomen alicuius personae, quae insignes in fabula partes agit, pro titulo citetur,[35]) apparet, quam facile fieri potuerit, ut Eustathius, quae in laudem Palamedis dicta fuerunt ex cognomine fabula petita censeret. Ceterum *Welckero* Aesch. Tril. p. 467 sq. de Sophoclis trilogia disputanti non possum assentiri. Omittit ibi in componenda trilogia Nauplium καταπλέοντα, quae mihi contra, si modo complures tragoediae coniungendae sunt, arctissime cohaerere videtur cum Nauplio πυρκαεῖ, qua in fabula ea perficiebantur, quae in illa minatus erat Nauplius. Verum haec omnia admodum lubrica sunt ad diiudicandum.

Maiorem quam ceterae apud antiquos famam assecuta est Euripidis Palamedes, e qua plura quoque servata nobis sunt fragmenta, in *Dindorfii* Corpore Poett.

scen. p. **104** collecta, e quibus aliquot ex oratione in indicio defendentis caussam suam Palamedis desumta esse apparet; ita longius illud frgm. **2** e Stob. **79**, p. **469** petitum:

> Τὰ τῆς γε λήθης φάρμακ' ὀρθώσας μόνος
> Ἄφωνα καὶ φωνοῦντα, συλλαβάς τε θεὶς
> Ἐξεῦρον ἀνθρώποισιν γράμματ' εἰδέναι,[36])
> Ὥστ' οὐ παρόντα ποντίας ὑπὲρ πλακὸς
> Τἀκεῖ κατ' οἴκους πάντ' ἐπίστασθαι καλῶς,
> Παισίν τ' ἀποθνήσκοντα χρημάτων μέτρον
> Γράψαντας εἰπεῖν, τὸν λαβόντα δ' εἰδέναι,
> Ἃ δ' εἰς ἔριν πίπτουσιν ἀνθρώποις κακά,
> Δέλτος διαιρεῖ κοὐκ ἐᾷ ψευδῆ λέγειν,

tum fr. **3** e Stob. **52**, p. **360**

> Στρατηλάται τἂν μυρίοι γενοίμεθα,
> Σοφὸς δ' ἂν εἷς τις ἢ δύ' ἐν μακρῷ χρόνῳ,

et fr. **6** ap. Joann. Damasc. in *Gaisf.* append. ad Stob. vol. IV, p. **11**

> Ὅστις λέγει μὲν εὖ, τὰ δ' ἔργ', ἐφ' οἷς λέγει
> Αἴσχρ' ἐστὶν αὐτοῦ, τοῦτον οὐκ αἰνῶ ποτέ,

ad Ulixem esse dicta, cuius eloquentia inde ab Homero valde celebrata est[37]) perquam est probabile. Deinde a Schol. Arist. Thesm. **772**,[38]) ubi facete perstringit Euripidis Palamedem Aristophanes,[39]) de postrema parte Palamedis edocemur. Oeax enim fratris iniustam caedem tabulis multis navium inscripsit easque in mare deiecit, ut hoc modo una certe ad Nauplium perveniret, eumque de morte filii certiorem faceret; illum vero non advenisse, sed finem in hac re habuisse tragoediam, nescio an recte ea ex re colligam, quod apud Aristophanem

Muesilochum exspectantem, ut sub Nauplii persona appareat Euripides, haec spes fallit. Illud certe non poterit obiici huic sententiae, ita minus aptum fuisse tragoediae finem, qui non aptior fuisset, si Nauplius advenisset, et ultionem minatus esset; ultionem vero in Palamede tractatam fuisse nemo putabit. Finiebatur ergo tragoedia morte Palamedis, quam patri narrare callide conatur Oeax; fortasse vero Palamedes tantum hoc consilium dedit fratri. Circa finem vero exstabant celeberrimi illi versus:

'Εκάνετ', ἐκάνετε
Τὰν πάνσοφον, ὦ Δαναοί,
Τὰν οὐδὲν ἀλγύνουσαν
Ἀηδόνα Μουσᾶν,
Τῶν Ἑλλάνων τὸν ἄριστον.[40])

Haec eum in theatro cantata essent, totum populum memoria iniuste necati Socratis captum collacrimasse narrat auctor argum. Isocr. Busir. p. 247 Bekk., qui ab Euripide eam ipsam ob caussam, ut Athenienses, quos directo accusare metueret, oblique tangeret compositam putat Palamedem, quod idem affirmat Diog. L. II, 44. Docuit autem *Valckenarius* diatr. Eur. p. 190 sq., aetam esse Palamedem Ol. 91 cf. Ael. V. H. II, 8. Schol. Arist. Avv. 842., Euripidem mortuum Ol. 93, Socratem vero Ol. 95, 1, ita ut haec ita constare nequeant. Putavit deinde *Valckenarius*, Euripidi scribenti istos vss. obversatam fuisse Socratis imaginem, praesagienti iam tum fortasse futurum amici fatum, quod cum verum esse possit, tamen ita comparatum est, ut certam sententiam vix habeas; ceterum si vere populus Palamedem spectans de Socrate cogitarit, factum id esse, cum iterum post Socratis mortem haec fabula acta sit. Hanc sententiam

ita probat *Boeckhius* trag. Gr. princ. p. 185, ut putet verba illa ad Socratem referenda ab interpolatore addita esse in secunda fabulae repraesentatione, quod non tulit assensum *Hermanni*, qui praef. ad Aristoph. Nubb. p. XXXVI sq. facile fieri potuisse dicit, ut eam ipsam ob caussam iteraretur Palamedes a quodam, quia scripta in ea sciret, quae quivis esset ad Socratem relaturus, quod probabiliter sane disputatum esse videtur. Mihi tamen tota ista narratiuncula conficta videtur et ad theatrales istas fabellas (*Theateranecdoten*) releganda, quibus antiquitas tantopere gavisa videtur, quam nostra aetas. Exemplo sit fabula ista de Aeschyli choro Eumenidum, quot et quantas turbas horribili sua specie dederit,[41]) et quae nostrae simillima est de vss. Aeschyli Sept. c. Theb. 592 a populo in theatro ad Aristidem relatis.[42]) Eiusdemque monetae esse videtur quod de Euripide narrat Aelian. V. H. V, 21 et Parmenisci[43]) interposita auctoritate Schol. Eur. Med. 10, mutasse eum Medeae fabulam pecunia corruptum Corinthiorum.[44]) Ad Palamedem revertor. Videntur enim caussae obscurae non esse, quibus adducti tale quid finxerint curiosi. Palamedis ingenium et fatum tam simile fuit Socratis, ut utrumque componere cuivis fere in mentem venerit, iis praesertim temporibus, quibus necatus est Socrates et in scenis multum agitatus Palamedes. Idque a Socraticis praecipue factum esse videmus. Ita Xenophon[45]) Socratem se ipsum cum Palamede comparantem introducit, et Plato quoque eundem in apologia Palamedis facit memorem,[46]) quare idem facere non neglexit Libanius.[47]) Praeterea aliis quoque locis Palamedis iniuste necati mentionem iniicere amant Socratici, quod partim memoriae praeceptoris carissimi,

partim tragicis tunc vel maxime Palamedis fata recolentibus tribuendum videtur.[48]) Quod eum viderent talium fabularum compositores, reputantes simul notam Socratis cum Euripide amicitiam,[49]) parati iam erant ad talem narratiunculam comminiscendam, de veritate securi, modo oblectarent animum audientium vel legentium. Aliam disputandi materiam hi versus *Welckero* dederunt. Hic enim putavit Aesch. Tril. p. 469 sq. cl. p. 325 expressam esse ex Euripidis Palamede picturam vasculi apud *Millin.* II, 35. Cernitur ibi vir invenis, formosus et imberbis, lapidibus, qui in eum iaciuntur, paene obrutus, irruit in eum draco e regione fere lapidum, qui in eum coniiciuntur, supra eum comparet caduceus, adscriptae sunt litterae AΓA. Haec refero ex auctoritate *Welckeri,* ipse enim, quod doleo, *Millini* opus inspicere non potui. Ille igitur Palamedem cerni in hac pictura sibi persuasit, canentem illos, quos supra attuli vss., caduceo significari prudentiam eius et inventa, dracone populi perversam contra bonum et mitem civem iram, litteras illas esse reliquias nominis *Palamedis*, cum Γ et Λ in vasculis discerni fere non possint.[50]) Verum hanc totam explicationem non possum probare. Primum insunt, quae displiceant, ut caduceus, signum prudentiae inventorumque,[51]) et multo magis draco irae popularis symbolum. Deinde vero fundamentum non satis firmum esse videtur, cui explicationem suam superstruxit *Welckerus.* Ita enim loquitur V. D.: *Da diese Worte des Philostratus aus dem Liede des Palamedes selbst herrühren, so vermuthe ich, dass er sie sprach, wie er schon halb unter die Steine, die man auf ihn warf, begraben war,* indeque efficit pertinere ad Palamedem picturam illam. At in verbis Philostrati Heroic. X, 12 hoc non

inest, nam cum dicit: ὅθεν καὶ τὸν θρῆνον τὸν παρ' Εὐριπίδῃ ἐπαινεῖ, ὁπότε Εὐριπίδης ἐν Παλαμήδους μέλεσιν φησίν·

ἐκάνετε κ. τ. λ.

nihil aliud significat, nisi lectos esse illos vss. in melico fabulae carmine, neutiquam a Palamede ipso esse recitatos, quae opinio iis quoque refellitur, quae illos vss. excipiunt apud Philostratum: καὶ τὰ ἐφεξῆς μᾶλλον, ἐν οἷς φησὶ καὶ ὅτι πεισθέντες ἀνθρώπῳ δεινῷ καὶ ἀναιδεῖ λόγῳ ταῦτα δρασείαν. Quis enim, etiamsi ferat ita de se loquentem et tam magnifice praedicantem Palamedem, persuaserit sibi finxisse poëtam heroem, dum lapidibus undique in eum coniectis obrueretur, longius recitantem carmen? Simplicissimum et tam rei quam verbis aptissimum erit ponere, fuisse illud carmen chori necem iniustam Palamedis deplorantis.[52]) Multo verisimilior mihi certe *Jacobsii* ad Tzetz. Antehom. 385, p. 53 videtur coniectura, in illis verbis, quae moribundus Palamedes dixisse fertur apud Phil. Her. X, 8. Const. Man. p. 27. Tzetz. Anteh. 385 Ἐλεῶ σε, Ἀλήθεια, σὺ γὰρ ἐμοῦ προαπόλωλας servata esse vestigia senarii Euripidei, ita fortasse refingendi: ἐλεῶ σ' Ἀλήθεια σὺ γὰρ προαπέθανες Ἐμοῦ, quale quid docebat morientem. *Welckeri* vero sententia de pictura stare non magis potest, quam de his vss.[53])

Ceterum Romanorum poetarum tragicorum, qui Graecos imitari solebant nemo, quantum scio, Palamedis fabulam tractavit. Versus enim tragici, qui leguntur apud Cicer. off. III, 26, 98 desumtos esse ex armorum iudicio probabiliter coniecerunt VV. DD., quamquam nescio, cur de Pacuviano tantum cogitaverit *Beierus* ad h. l. p. 366, cum Attius quoque eiusdem

tituli tragoediam scripserit, cuius fragmenta posuit *Bothius* p. 176 sqq. (Poett. scen. Rom. t. V.)

Inter antiquiora de Palamede testimonia referenda est Polygnoti quoque pictura Delphica, cf. *Mülleri* arch. § 135, 3, in qua videbatur Palamedes cum Aiace et Thersite, Ulixis inimicis, latrunculis ludens, v. Paus. X, 31, 1. Polygnotus vero Athenis ol. 79, 2 pinxisse videtur, *Müller.* de Phidiae vita et opp. 1, 3, p. 7.

Perlustravimus ita uniuscuiusque mythi praecipuos fontes poetas Graecorum epicos, lyricos, tragicos, et vidimus, quemadmodum fabula apud epicos simplicissima in dramatis appareat artificiosior et multis modis mutata. Quamquam quo modo haec mutatio et unde progressa sit non possumus investigare, tamen ab ipsis tragicis permulta ésse mutata probabiliter potest coniici. Ad haec fortasse referri potest, quod in iudicium proditionis deducitur Palamedes, nam iudicia in scenis libenter tractare solebant tragici, Athenienses etiam in theatro forum et civilia caussa perquam amare, probe tenentes. Cf. *Ellendtii* progr. de tragicis Graecis inprimis Euripide ex ipsorum aetate et temporibus indicandis aequalium que iudiciis (Regiom. 1827) p. 11.

De scena Palamedes in rhetorum scholas, descendit quibus vix aptius excogitari potest argumentum,[64]) nam in utramque partem disputandi largam materiam praebet, et in probandis vel refellendis argumentis animi acies tam potest ostendi, quam eloquentia in recensendis et afferendis Palamedis inventis et virtutibus. Eadem vero res caussa fuit fabulam antiquam corrumpendi, nam rhetores, quo subtilius declamitarent, res fingere vel prorsus mutare non dubitarunt. Traditum vero est, duos celeberrimos

nascentis sophisticae auctores de Palamede conscripsisse declamationes, Gorgiam et Alcidamantem, quarum utraque, si fides codicibus, servata nobis legitur in *Bekkeri* Oratt. Att. t. V, p. 667 sqq. 684 sqq. De his vero num revera iis, qui traduntur auctoribus, adscribendae sint, disputatio admodum difficilis et dubia est, nam praeterquam quod per se lubricum est, de authentia alicuius scripti ex solo scribendi genere iudicare, accedit in hac quaestione, quod parum certa et distincta nobis tradita sunt de auctorum genere scribendi, unde tuto proficiscaris. Et de Alcidamante[55]) quidem testimonium exstat satis luculentum Aristotelis rhet. III, 23. cl. II, 23. Dion. Hal. de Isaeo c. 3, unde profectus *Fossius* de Gorgia p. 82 sqq., cum nullum vestigium eius orationis, quam tanquam Alcidamantis propriam describit Aristoteles, in nostra declamatione invenisset, Alcidamanti abiudicandam censet, quod recte statuisse consideranti cetera quoque inventionis argumentique tractandi vitia, quae enumerat *Fossius*, sane videbitur. Nam quod *Spengel.*, qui *συναγ. τεχν.* p. 173 utramque Alcidamantis declamationem hodie superstitem genuinam censet, recte monet ibid. p. 179 de altera *περὶ τῶν τὰς γραπτὰς λόγας γραφόντων*, non iudicari posse ex illo Aristotelis loco de elocutione in hac declamatione obvia, quippe qui exempla sumat ex *ἐπιδειξέως* genere, cum haec oratio invehatur in ipsum demonstrativum genus, id non quadrat in nostram. Quod vero pro certo posuit *Foss.* p. 87, scriptam esse hanc declamationem post Diodori Siculi tempora, id in medio relinquendum videtur. Declamationes sub Gorgiae nomine servatas revera eius esse efficere studet *Schönbornius*,[56]) quem contra ita disputavit *Fossius* l. l. p. 78 sqq., ut nostram orationem Gorgiae ab-

iudicandam esse evicisse mihi videatur, quamquam non omnia eius probare possum argumenta. Nam cum praeclare disputaverit de toto orationis et rhetorices genere, quod in Gorgiam cadere non posse videatur, non possum tamen mihi persuadere, tales materias Gorgiae temporibus omnino non fuisse tractatas. Ita inter Polycratis[57]) defensionem Socratis[58]) et defensionem Palamedis quid tandem intersit equidem non video. Neque ea possum probare, quae ex inventorum commemoratione efficere studet; litterarum inventionem Palamedi a Stesichoro iam esse tributam, disertissimo edocemur testimonio v. p. 5, quod nulla caussa est, cur reiiciatur, minime ea, quod Herodotus, ut recte monuerit *Salm.* ad inscr. Herod. Att. t. II, p. 57 *Crenii* mus. philol., nusquam Palamedis meminerit ut litterarum inventoris, semper Phoenicum (cf. V, 58 sq.); nam alia res est historici, alia poetae vel rhetoris. Nec vero ex iis inventis, quae ante poetas tragicos non commemorantur, satis tuto argumentum peti potest, cum inde non sit certum, primos haec finxisse tragicos. Deinde cum ipse *Fossius* p. 9 probaverit vixisse ultra Socratem Gorgiam, quidni omnibus tragoediae inventis uti potuit, aut, si hoc minus placet, quid impedit, quominus putemus, unum alterumve a rhetore petiisse poetam? Nam in universum tragoediam non minimam vim exercuisse in has rhetorum declamationes non magis potest in dubium vocari, quam e contrario sophistarum exercitationes magis magisque in tragicos poetas vim habuisse. Quae res ut in universum spectanti aperta est, ita dignissima videtur, quae accuratius perscrutaretur. His igitur argumentis nollm usum fuisse V. D. Ceterum addam, subnatam mihi esse coniecturam, in quam *Belinum* quoque *de Ballu*, hist. crit. de l'éloquence chez les

Grecs p. 108 incidisse postea didici ex *Spengelii* συναγ. τεχν. p. 72, declamationes has confectas esse a Gorgia iuniore, M. Ciceronis M. filii praeceptore, de quo cf. *Ruhnk.* praef. ad Rut. L. p. X sq., quem declamationes scripsisse docet Senec. controv. I, 4, p. 101 Bip. Confirmare possit hanc sententiam, quod in omnibus praeter unum codd. *Bekkeri* omittitur Λεοντίνου, quod constans fere sophistae cognomen est, contra in altero additur ῥήτορος, quo nomine Plutarch. Cic. 24 iuniorem designat, quamquam non dissimulandum, antiquum quoque illum Gorgiam interdum vocari ῥήτορα.[59]) Videant igitur peritiores.

Nos vero his quasi fundamentis mythi perlustratis, ea, quae de Palamede a veteribus tradita sunt, iusto ordine enarremus.[60]) Et primum quidem de patria et genere[61]) eius dicendum est. Ex *Euboea* insula plerique oriundum tradunt Palamedem,[62]) alii e. g. Tac. Ann. XI, 14, Suidas *Argivum* dicunt, puto quia genus ei fuit Argivum, et Argolidis oppidum erat Nauplia, unde confictum Nauplium eiusque genus putavit Strabo VIII, p. 368 D. Caphareus (Καφηρεύς) vero erat promontorium Euboeae,[63]) ubi magnam illam Graecorum Troia redeuntium cladem edidit Nauplius, unde dissensus de patria Palamedis potest explicari. Patrem vero Palamedis uno ore omnes *Nauplium* vocant, de matre dissentiunt. Secundum Apollod. II, 1, 5, 14 nosti *Philyram*,[64]) Cercops *Hesionàm*, tragici *Clymenen* Nauplii uxorem tradiderunt, quae postrema ratio vulgatissima facta est, quam ipse postea sequitur Apollod. III, 2, 2, 2.[65]) Fuit vero haec Clymene *Catrei* filia, *Minois* neptis; Κατρέως enim recte apud Apollod. II, 1, 5, 14 restituit *Heynius* pro codd. lectione Κα-

στρέως, Ἀτρέως legitur apud Schol. Eur. Or. 422. Omnino tam saepe Catreus nominatur Atreus, ut *Welckerus*, Aesch. Tril. p. 130 cl. 608 utroque nomine recte eum vocari putet, collatis exemplis ubi similiter K littera addatur, cui suffragatur *Fuchsius* de var. fabb. Troic. p. 20. Mihi scriptorum potius vel librariorum vitium videtur, qui nomen magis notum substituerunt obscuriori, cum praesertim in genere Atridarum Catreus quoque locum habeat. Aliter Nauplii uxorem vocat Eudocia p. 321 Παλαμήδης ὁ Ναυπλίδ καὶ Πλημίτης, quod nomen an recte habeat nescio.[66]) Paullo implicatius genus est Nauplii. Secundum Apollod. II, 1, 5, 13 filius est Amymones et Neptuni, quam narrationem plerique sequuntur cf. Eur. Iph. Aul. 198. Paus. II, 38, 2. IV, 35, 2. Amymone vero una fuit e Danaidibus, cui cum a patre ad aquam hauriendam missa esset, Satyrus vim inferre voluit, quem imploratus ab ea Neptunus fugavit, cuius amplexibus se dedit. Tum Neptunus terra tridente perculsa fontem Lernaeum in honorem eius elicuit, ipsa vero Nauplium enixa est.[67]) Cf. Apollod. II, 1. Hygin. Fab. CLXIX. Schol. Eur. Phoen. 195. *Spanh.* ad Callim. h. Pall. 48. At Danai nepos, qui potuit cum Hercule Argonautis interesse, idemque Troiano bello superstes esse; nonne haec chronologiae rationibus aperte repugnant? Sane repugnant, modo ne obliviscamur, mythologica nos tractare, non historica, in quibus antiqui temporis rationem nullam omnino habuerunt.[68]) Itaque antiqui talem anachronismum non curarunt, recentiores demum chronologiae mythicas fabulas adaptantes et genealogias componentes offensi sunt,[69]) et, quod tam saepe factum est in mythicis personis, Nauplium, ut homines olim Aristophaneus

Juppiter, in duos dissecuerunt, antiquiorem et recentiorem.[70]) Inde illud stemma ortum est quod nobis servavit Apollonius Rhodius I, 133 sqq.[71]) nescio an ab ipso inventum:[72])

Danaus
|
Amymone — Neptunus
Nauplius
|
Proetus
|
Lernus
|
Naubolus
|
Clytoneus
|
Nauplius

quod quam leviter confictum sit, apparet vel ex nominum conformatione. *Nauboli* nomen et *Clytonei*[73]) factum est ad analogiam *Nauplii*, *Lernus*[74]) ductus e Lernae loco.[75]) *Proetum* Schol. Apoll. Rh. l. l. eundem esse dicit, qui ab Homero Il. VI, 156 sqq. coniux *Anteae* vocatur, quam tragici *Stheneboeam* dixerunt,[76]) notus pater Proetidarum a Melampode insania a Junone immissa liberatarum.[77]) Hunc vero Apollod. II, 2, 1, 1. Abantis, Danai ex Hypermnestra et Lynceo nepotis, filium fuisse tradit.[78]) Videmus igitur hos quoque historicos mythologos difficultatibus chronologicis ipso suo studio implicari. Duobis vero his Nauplils non contentus *Heynius* ad Apollod. t. II, p. 180 tres commentus est Nauplios, unum antiquissimum, Neptuni filium, secundum Argonautam, tertium Palamedis patrem.[79]) Nos uno contenti sumus,[80]) cuius tres dicuntur filii

fuisse *Palamedes*, *Oeax*, *Nausimedon* Apoll. II, 1, 5, 14, qui Nausimedontem omittit III, 2, 2, 2 a nullo alio, quod sciam, scriptore commemoratum. Oeax, ut ex Schol. Arist. Thesm. 769 supra p. 9 docuimus, partes egit in Euripidis Palamede et commemoratur eidem Orest. 431 sq., sicut Philostr. Her. X, 10. Dict. Cret. I, 1. Duos vero Nauplii filios Aegistho auxilio venientes (affinitate ei coniunctos, nam Clymenae soror Aerope Atreo nupsit, ut monuit *Schubart* quaestt. geneal. p. 48) et a Pylade occisos exhibuit pictura in propylaeis Athenarum teste Pausan. I, 22, 6, qui eos non nominavit.[81])

Palamedes igitur, quem τοῦ Ἑλληνικοῦ τὸν ἄριστον vocare non dubitavit Maxim. Tyr. diss. 38, p. 234 Reisk., rara prudentia praeditus Chironi[82]) traditus dicitur ad educandum, qui omnes fere Graecorum heroas instituisse fertur.[83]) Qui cum artem vulneribus medendi eum docere vellet,[84]) satis superbe respondit Palamedes, se artem medicam, si non esset, libenter inventurum fuisse, inventam nolle discere, si fides Philostr. Her. X, 1.[85]) Postea cum Paris Helenam rapuisset, et Menelaus Cretae apud Idomeneum commorans hoc nuntio accepto ira et dolore confusus quid faciendum nesciret, Palamedes eum consolatus Lacedaemonem reduxit v. Dict. Cret. I, 4. Tum, cum ad res repetendas more tam heroicis quam historicis temporibus usitato Graecis legati Troiam mitterentur cf. Hom. Il. γ, 205. Herod. I, 3. II, 118, Palamedes fuit e numero legatorum Tzetz. Anteh. 155. Exeg. in Il. p. 115. Dict. I, 4 sqq. Inde cum infecta re redirent, inter praecipuos Palamedes delectum per totam Graeciam habendum curavit, Serv. ad Virg. Aen. II, 81, qua in re studium et sollertiam probavit inprimis in Ulixis

fallaci insania detegenda,[86]) sicuti Achillem quoque Scyri inter Lycomedis filias versantem[87]) detexit cum Ulixe et Diomede et in Graecorum castra abduxit, Tzetz. Anteh. 177. Quo referendum quoque est, quod ad Cinyram Cyprum missus esse dicitur, ut eum in societatem belli traheret cf. Alcid. decl. p. 671 Bekk. cl. Hom. Il. XI, 20 ib. Eust. *Heyn.* ad Apollod. III, 14, 3, 4, t. II, p. 325 sq. Collectis copiis campestri exercitui cum Diomede et Ulixe praeponitur, Dict. I, 16, quem multis praeclaris inventis egregie adiuvit, quae singula postea accuratius examinabimus. Epipolen vero Carystiam, Trachionis filiam, quae virilibus vestibus induta exercitum sequebatur, sollertia eius detexit, quo facto lapidata est. Ptolem. Heph. V, p. 69 Tench. Cum Troiam appulissent Graeci ultissimam iis operam praestare non destitit, solis defectum metu perculsis explicavit, et quae facienda demonstravit Philostr. Her. X, 2, sicut pestem quoque praedixit et quomodo averti posset milites edocuit, famemque depulsit cf. Philostr. Her. X, 4. Tzetz. Antehom. 323 cl. supra p. 4 n. 14, unde fictum videtur quod tradit Ptol. Heph. V, p. 69, Agamemnonis loco regnasse inter Achaeos Palamedem,[88]) ad quam fabulam inveniendam tragoedia quoque contulisse videtur, ubi Agamemnon non ita bonus imperator apparuit, prudentia longe inferior Palamede cf. n. 16. Ille vero cum Achille, qui urbes in vicinia sitas aggrediebatur, hostes saepissime vicit, oppida expugnavit, agros vastavit, itaque bellicam quoque gloriam sibi peperit maximam, cf. Philostr. Her. II, 19. X, 5. Tzetz. Anteh. 264 sqq. Hanc vero occasionem nactus Ulixes, qui summo ardore oderat, a quo vinci se prudentiae et fortitudinis fama videbat, Agamemnonem, cui metum in-

iecit, fore ut a Palamede de imperio deiiceretur, in communionem sceleris traxit, et Palamedi, quo ab Achille potentissimo amico segregaretur, ad exercitum ut machinas instrueret revocato nefarium struxit dolum.[89]) Defosso in tentorio Palamedis auri certo pondere scripsit Palamedis nomine fictam ad Priamum epistolam, in qua de proditione deque eius praemio agebat, hanc Phrygi cuidam captivo dedit perferendam, eum vero in itinere per fidos milites interficiendum curavit. Ita cum homine mortuo simul inventa epistola et regi Agamemnoni tradita est, qui concionem convocavit et lecta epistola proditionis reum fecit Palamedem. Perscrutatum deinde tentorium est, inventum aurum et suspicionum vi et multitudine obrutus infelix Palamedes ab irato populo lapidatus est, quamquam quidam narrant, Cephallenios tantum et Ithacenses lapides in eum coniecisse.[90]) Mortuum vero sepelire vetuit Agamemnon, sed Aiax una cum Achille, spreta regis ira, amicum condidit. Phil. Her. X, 7. Tzetz. Anteh. 386 sqq. Sepultus est ad Lepetymnum ut refert Phil. Her. X, 11: ὑφ' ὧν καὶ ἱερὸν αὐτῷ τι ἐξῳκοδόμητο μάλα ἀρχαῖον καὶ ἄγαλμα Παλαμήδους ἵδρυται γενναῖόν τε καὶ εὔοπλον. καὶ θύουσιν αὐτῷ ξυνιόντες οἱ τὰς ἀκταίας οἰκοῦντες πόλεις· μαστεύειν τε (leg. δὲ) χρὴ τὸ ἱερὸν κατὰ Μηθύμναν τε καὶ Λεπέτυμνον· ὄρος δὲ τοῦτο ὑψηλὸν ὑπερφαίνεται τῆς Λέσβου. Huius sacelli mentio fit etiam apud Tzetz. ad Lyc. 386. 1093. Eudoc. p. 321, nec oblitus est is, qui de honoribus divinis, qui heroibus temporum Troicorum consecrati sunt, accurate disputavit, *Köhlerus*, mém. sur les iles et la course consacrées à Achille p. 180. 286, qui mentionem quoque iniecit oppidi in Troade siti, cui nomen Palamedium v. Plin. H. N.

V, 30, 32, 132. Fabellam de vineatore quodam religioso Palamedis cultore, cui visa fuerit eius umbra, narrat **Phil. Her. II, 11.** Renovavit vero Palamedis sacellum **Apollonius Tyanensis**, qui ab Achille monitus (cf. **Philostr. V. Apoll. T. IV, 16**), cum accurate quaereret, Palamedis statuam quoque invenit turpiter deiectam, quam pristino loco restituit. **Phil. l. l. IV, 13.**

De externo eius habitu ita tradit **Philostr. Her. X, 9:** *Μέγεθος μὲν τοίνυν αὐτὸν κατὰ τὸν Αἴαντα τὸν μείζω γενέσθαι, κάλλος δὲ Ἀχιλλεῖ τε ἁμιλλᾶσθαι καὶ Ἀντιλόχῳ καὶ αὐτῷ, φησὶν ὁ Πρωτεσιλέως, καὶ Εὐφόρβῳ τῷ Τρωΐ. γένεια μὲν γὰρ αὐτῷ ἁπαλὰ ἐκφύεσθαι καὶ ξὺν ἐπαγγελίᾳ βοστρύχων· τὴν κόμην δὲ ἐν χρῷ εἶναι,*[91]) *τὰς δὲ ὀφρῦς ἐλευθέρας τὲ καὶ ὀρθὰς, καὶ ξυμβαλλούσας πρὸς τὴν ῥῖνα τετράγωνόν τε οὖσαν καὶ εὖ βεβηκυῖαν. τὸν δὲ τῶν ὀφθαλμῶν νοῦν ἐν μὲν ταῖς μάχαις ἄτρεπτόν τε φαίνεσθαι καὶ γοργόν, ἐν δὲ τῇ ἡσυχίᾳ φιλέταιρόν τε καὶ εὐ προσήγορον τὰς βουλάς· λέγεται δὲ καὶ μεγίστοις ἀνθρώπων ὀφθαλμοῖς χρήσασθαι. καὶ μὴν καὶ γυμνόν φασί* (num *φησίν?*) *τὸν Παλαμήδη μέσα φέρεσθαι βαρεώς ἀθλητοῦ καὶ κοῦφα καὶ αὐχμὸν περὶ τῷ προσώπῳ ἔχειν πολὺν, ἡδίω τῶν Εὐφόρβου πλοκάμων τῶν χρυσῶν* (cf. **Hom. Il. ρ, 52**). Idemque **V. Apoll. Thyan. III, 22** *μειράκιον* vocat Palamedem. Cf. **Tzetz. Chil. III, 171. Dar. Phryg. 13.** Fortasse haec ex artis monumentis ducta sunt; **Polygnotus** Palamedem pinxit imberbem, **Paus. X, 31, 1.**

Pervenimus iam ad Palamedis inventa accuratius perlustranda, in quibus primum locum obtinet **inventio litterarum**,[92]) de qua re cf. *Casaub.* ad **Suet. Calig. 41.** *Salmas.* ad **inscr. Herodis Att.** in *Crenii* mus. phil. hist. II, p. 42 sqq. *Hemsterh.* ad **Luc. iud. voc.** 5, t. I, p. 305 sqq. Bip. *Fabric.* B. Gr. I, 23. *Wolf.* pro-

legg. p. LI. *Foss.* de Gorgia p. 103 sqq. Haec vero non uno modo Palamedi a veteribus tribuebatur. Simpliciter eum litteras invenisse dixerunt Stesichorus fr. XXXVIII et Euripides frgm. 2, ut decebat poetas, eosque alii secuti sunt, *ὅσοι τὴν τῶν γραμμάτων εὕρεσιν Σισύφῳ ἢ Παλαμήδει — ἐφάπτȣσιν*, apud *Bekk.* Anecd. II, p. 784, quorum pars in universum *τὰ γράμματα* invenisse Palamedem tradidit e. g. Gorg. decl. p. 690. Alcid. p. 671. Luc. iud. voc. 5. Dio Chrys. XIII, p. 428 R. Frgm. Uffenh. p. 667, Hygin. Fab. CCLXXIV, cf. apud Themist. or. IV, p. 60 A. *τὰς τῆς Κάδμȣ καὶ Παλαμήδȣς τέχνης δημιȣργȣ́ς*; pars sedecim litteras ab eo inventas dicunt, ut Tac. Ann. XI, 14. Theodos. gramm. p. 1. Tzetz. exeg. in Il. p. 46. 77. Sed cum constans fere per totam antiquitatem fama sit, litteras Graecis innotuisse per Cadmum Phoenicem, diversis modis litem hanc dirimere conati sunt. Athanas. or. c. gentt. c. 18, p. 16 ita loquitur *γράμματα μὲν γὰρ ἐφεῦρον Φοίνικες — τῶν δὲ γραμμάτων τὴν σύνταξιν — Παλαμήδης ἐφεῦρεν*, cui ob oculus versatus fuisse videtur Aeschylus, qui Prometheum invenisse ait *γραμμάτων σύνθεσιν* (Prom. 458), quod tamen non aliter accipi debere videtur, nisi de poetica circumscripsione *γραμμάτων*. Aliter anonymus cuius verba e cod. Vatic. 711, fol. 97 B. descripsit *Walz.* ad Arsen. Viol. p. 463: *χρὴ εἰδέναι, ὅτι πρότερον οἱ Ἕλληνες Φοινικοῖς ἐχρῶντο γράμμασιν· ὕστερον δὲ ἐλθὼν ὁ Παλαμήδης, ἀνὴρ εὖ εἰδὼς καὶ πάσης ἐπιστήμης ἐμπλέως, ἀρξάμενος ἀπὸ τȣ̃ α δέκα ἕξ μόνα στοιχεῖα εὗρε τοῖς Ἕλλησιν· α. β. γ. δ. ε. ι. κ. λ. μ. ν. ο. π. ρ. σ. τ. καὶ υ*, quod omnium perversissimum est, nam Graecorum alphabetum ab origine Punicum esse, nemo est qui dubitet.[93]) Cum vero initio

sedecim tantum litteras a Cadmo traditas vulgo putarent, ita nodum solvi longe plures putarunt, si a Palamede post Cadmum reliquas vel omnes vel partim inventas traderent. In his tamen magna diversitas est, et semper fere de Simonide vel Epicharmo idem praedicatur. **Quattuor** litteras addidit Palamedes secundum **Plut. Symp.** IX, 3. t. VIII, p. 946 R.; *ζ. π. φ. χ.*, si audimus **Suidam** s. v. Παλαμ. et **Hesych. Miles.** p. 44 Or.; *ζ. ϑ. φ. χ.* sec. *Bekk.* **Anecdd.** II; p. 782; *η. ψ. φ. χ.* sec. **Maxim. Victorin. ars gramm.** p. 1944 P. 276 L. et **Erotemm. gramm.** ex **Max. Vict.** in *Endlicheri* **Anall. Gramm.** p. 199; *ϑ. φ. χ. ξ.* sec. **Schol. Greg. Naz. ad Stelit.** I, p. 66; **tres** adiecisse eum legimus apud **Isidor. Origg.** III, 1, 6, *η. χ. ω.*, et *ϑ. φ. χ.* apud **Serv. ad Virg. Aen.** II, 86. Aliter ac ceteri tradit **Irenaeus adv. haeret.** I, 15, 4 *Ἕλληνες ὁμολογοῦσιν ἀπὸ Κάδμου πρῶτον ἓξ καὶ δέκα παρειληφέναι, εἶτα μετέπειτα προβαινόντων τῶν χρόνων αὐτοὶ ἐξευρηκέναι ποτὲ μὲν τὰ δασέα ποτὲ δὲ τὰ διπλᾶ, ἔσχατον δὲ πάντων Παλαμήδην φασὶ τὰ μακρὰ τούτοις προστεθεικέναι.* Occasionem litteram *φ* inveniendi Palamedi dedisse agmen gruum praetervolans saepius apud veteres narratur.[94]) Ceterum **Tzetzes** non invenisse Palamedem litteris eo docuisse sibi visus est argumento, quod ante eum iam oraculum quoddam litteris perscriptum fuerit; in quo sibi mirifice placuit, nam ter repetiit **Chil.** V, 804 sqq. X, 442 sqq. XII, 26 sqq.[95]) quamquam in universum de monumentis litteris conscriptis mirae vetustatis referunt Graeci scriptores, quorum authentiam hodie nemo facile crederet.[96])

Haec de litterarum inventione, quam consulto tractavimus tantum, quatenus ad Palamedem refertur. Huc pertinent lusus quoque recentiorum scriptorum, si Gorg. p. 689 R. Palamedem invenisse dicit νόμυς γραπτὺς φύλακας τῦ δικαίυ,[97] alii rhetorices inventorem perhibuerunt.[98]) Sequuntur iam militaria eius inventa; nam qui a Gregorio Naz. or. 39, p. 99 τὰ τακτικὰ καὶ πολεμικὰ in universum invenisse dicitur, ei ab aliis ordinatio exercitus,[99]) et praefecturarum diversarum institutio ab Aeschylo[100]) tribuebatur; nec non tesserarum signique datio,[101]) vigiliarumque institutio ad eum refertur,[102]) quod coniunctum est cum siderum contemplatione, quae non minus Palamedi assignatur.[103]) Et ne quid desideretur ad militarem ordinem gloriatur Palamedes apud Aesch. v. p. 5, institutum a se esse,

ἄριστα, δεῖπνα, δόρπα θ' αἱρεῖσθαι τρίτα,

cui adiungi potest illa ex Ione Chio petita notitia, inventam esse a Palamede eam vini temperationem, ut biberent τρεῖς πρὸς ἕνα κυάθυς.[104])

Praeterea vix quicquam fuit ad vitam quotidianam utile et necessarium quod non inventum a Palamede tradiderint. Ita anni tempora primus divisisse traditur a Phil. Her. X, 3. Numerus invenisse se, artemque numerandi ipse dicit apud Sophoclem, v. p. 7, quod alii quoque affirmant.[105]) Quodsi Gregor. Naz. or. 3, p. 99 ait, invenisse eum ἀριθμεῖν καὶ λογίζεσθαι δακτύλοις respicit ad πεμπάζειν, unde omnis numerandi ars orta dicitur cf. *Nitzsch.* ad Hom. Od. IV, 412, quamquam fieri potest, ut ad illam satis artificiosam utraque manu numerandi rationem respexerit, de qua cf. Nov.

Acerra philol. I, p. 29 sqq. *Hemsterh.* ad Luc. Tim. 13, t. I, p. 364 sq. *Böttig.* Ideen p. 267 sq. Accedit ad haec pecuniae signatae inventio cf. Alcid. p. 671, et ponderum mensurarumque, de quibus multi loquuntur.[106]) Unum restat inventum a multis celebratum, ludus calculorum et alea, *πεττεία καὶ κυβεία*. Utrumque ab eo inventum dixit Soph. apud Eust. ad Il. *β*, 228. Od. *α*, p. 1397, ibidemque Euphorion, Alcid. p. 671; *πεττείαν* Eur. Iphig. Aul. 195 sqq.[107]) Greg. Naz. or. 3, p. 99. Etym. M. s. v. *πεσσοί*. Phil. Carm. V, 852 sqq. Phil. Her. X, 2. Gorg. p. 690;[108]) *κυβείαν* vero Paus. X, 31, 1. Theodos. gramm. p. 52. cf. Sidon. Apollin. carm. XXIII, 461 sqq. Cassiod. Var. VIII, 1. Cuius inventionis insigne documentum Argis servabatur in templo Fortunae, ipsi Palamedis tali, quos Deae dedicavit.[109]) Inter utrumque ludum vero esse distinguendum monuit Eust. ad Od. *α*, p. 1396: *Ἰστέον δὲ ὅτι φανερὰ διαφορά ἐστι κύβων καὶ πεσσῶν παρὰ τοῖς παλαιοῖς· κύβοι μὲν γὰρ οἱ καταριπτόμενοι ἑξάπλευροι βόλοι καὶ οἱονεὶ κυβιστῶντες ἐν τῷ βάλλεσθαι· — ὁ δὲ πέσσος ἑτεροῖόν τι ἐστίν· Ἡρόδοτος ἐν*[110]) *φανερῶς διαφέρειν δηλοῖ κύβον καὶ πεσσόν, ἐν οἷς λέγει, ὅτι Λυδοὶ τοὺς κύβους εὗρον, καὶ τοὺς ἀστραγάλους καὶ τὴν σφαῖραν καὶ ἄλλα παίγνια πλὴν πεσσῶν.* *Κυβεία* vero teste Eust. l. l. p. 1397 tribus primum, non, ut postea, duobus talis ludebatur, unde proverbium *τρὶς ἓξ κύβους βάλλειν*, cf. *Ast.* ad Plat. legg. t. II, p. 583. *Blomf.* gl. Aesch. Ag. 32. *Πεττεία* vero ludebatur in tabula, *ἀβακίῳ*,[111]) in qua erant quinque lineae, *πέντε γραμμαί*, quarum media dicebatur *ἱερὰ γραμμή*, *incita* Latinis, cf. *Scalig.* ad Varr. L. L. VI, t. 2, p. 162, (unde proverbium *ἀφ' ἱερᾶς κινεῖν* v.

Apost. V, 14. Arsen. p. 86. Theocr. VI, 19, ib. *Wuest.*), quod ab inventore Παλαμήδειον ἀβάκιον vocabatur. Uterque lusorum quinque diversi coloris calculos habebat, unde πεττεία quasi πεντεία dicta. Eust. l. l. Pollux IX, 9. Aliud huius ludi genus erat πόλις, quod multis latercnlis, qui *canes* nominabantur, ludebatur, qui ponebantur in *locis* (χώραις) lineis distinctis, quorum triginta sex erant secundum Etym. M. s. v. πεσσοί.[112]) Putabatur vero hic ludus, quem Romani *calculorum* sive *latrunculorum* vobabant, (utrumque enim idem esse probat *Wernsdorf.* Poett. Lat. Min. t. IV, exc. XI, p. 404 sqq.), antiquior v. Eust. l. l. Athen. I, p. 19 A., et apud Homerum Od. I, 107 sqq. latrunculis lusisse dicuntur proci.[113]) Haec huic loco satisfaciant, plura si quis de his ludis scire velit, consulatur *Bulenger.* de ludis vett. c. 59. 60; *Meurs.* de ludis Graec. s. v. κυβεία p. 971 sqq., πεττεία p. 982 sqq.; *Souterii* Palamedes p. 997, tomi VII thesauri *Gronoviani; H. Iunii* animadvv. II, 4, p. 83 sqq. et *Salmasii* docta collectanea ad Scrr. hist. Aug. t. II, p. 741 sqq. Praeterea addit Schol. Eur. Or. 422 solus quod sciam inventos a Palamede discum[114]) et astragalos.[115])

Si haec tot tantaque inventa perlustramus, mirum non videtur, nominasse veteres Palamedem tanquam exemplum sapientiae et prudentiae cf. Plat. legg. III, 1, p. 667, quae exscripsit Theophil. ad Autol. III, p. 127, respexit Himer. or. XXII, § 3. Eodem modo de prudenti invento dixit Eupolis ap. Athen. I, p. 17 E. Παλαμηδικόν γε τοῦτο τἀξεύρημα καὶ σοφόν σου, quod explicatur nomine auctoris non addito in *Bekkeri* Anecdd. I, p. 58 σοφὸν καὶ εὐμήχανον. Nec aliter

intelligendum, quod dixit Arist. Ran. 1472 εὖ γ', ὦ Παλάμηδες, ὦ σοφωτάτη φύσις.[116]) Ita factum est, ut Plato Phaedr. p. 261 D. C. *Zenonem Eleaticum* vocarit Παλαμήδην Ἐλεατικόν; nam hunc esse intelligendum, mouet praeter Hermiam ad h. l. p. 184. Diog. L. IX, 25, qui tamen pro *Phaedro* errore citat *Sophistam*, nec dubitant intpp. Quod vero Quint. III, 1, 10. *Alcidamantem* a Platone intelligi vult, id inde quoque fortasse potius explicari, quod notum fuerit Quintiliano, scripsisse illum de Palamede.[117])

Quodsi ea, quae de Palamede exposuimus, accuratius consideramus, facile apparet, non esse eum iis personis mythicis adnumerandum, quae ad localem, ut ita dicam, mythum pertinent, et ita ex ipsius loci populique natura ortae et explicandae sunt, verum esse eum a poetis ut poeticis usibus inserviret, confictum. Eo omnia ducunt, quod nulli regioni addictus est, nusquam tanquam heros cultus est, nam Lepetymni sacellum (cf. p. 22) nullius momenti est, quod nihil fere eorum, quae de eo narrantur ipsi peculiare est. Ubicunque enim apparet in fabulis Troicis, facile perspicitur, non ab initio ad eas pertinere Palamedem, sed postea tantum eum, ut ita dicam, assutum esse. Ita nihil restat nisi fama de morte eius ab Ulixe, qui inde ingenium mutasse videtur, cum Palamedes in fabulas Troicas introducebatur, (apparet enim, opponi Ulixi, qui pravae calliditatis et malitiosae astutiae exemplum factum est, Palamedem sapientiae candidissimae et prudentiae utilissimae exemplar, unde profecit imprimis tragoedia) iniquo oppressi, et de eius inventis, eaque ipsa ita comparata est, ut poetae ingenio aptior videatur, quam populi. Putavit tamen *Völckerus* Myth. des Japet. Geschl. p. 74,

cl. 125. 350, pertinere Palamedem ad physicum mythum. Qui cum contendat totum Palamedis genus spectare ad mare, daemonasque marinos, quo non modo Nauplium, Nausimedontem, Oeacem, quod pronum videtur, verum etiam Hesionam et Clymenen acutissime retulit, Palamedis nomen derivandum putat ab ἅλς, ἅλιος praeposita, quod saepe fiat, litera Π. Quamquam vero *Schwenckius* quoque etym. myth. Andeutt. p. 185 in eadem sententia est, qui Palamedem cum Palaemone componit, non possum tamen eam probare, cum in tota eius fabula nihil quicquam insit, quod ad mare referendum sit, nec inventorum eius ullum tale sit, quod navigationem vel instituta navalia spectet. Argumentum quoque, quo utitur *Völckerus* non possum quin improbem: *Des Palamedes Eltern und Brüder fodern unbedingt diese Etymologie*, nam ante omnia ipsius fabula Palamedis erat respicienda, num huic etymologiae faveat. Mihi unice verum videtur, quod *Welckerus* in append. ad *Schwenckii* l. l. p. 334 ostendit, Παλαμήδης esse derivandum a παλάμη et dictum pro Παλαμαμήδης, quam rationem exemplis firmavit. Id vero egregie convenit in virum tot rerum artiumque inventorem, cum notum sit vv. παλάμη et παλαμᾶσθαι usitata esse Graecis de artificiis cuiuscunque generis. Scite vero *Passovius* in lexico s. v. cum Palamede contulit Daedali patrem Palamaonem vel Eupalamum.[118])

ANNOTATIO.

1. Si quaerimus, qui sit *Mnaseas* intelligendus e scriptoribus huius nominis notis, statim intelligitur, nobis non esse rem cum *lyrico Mnasea*, incertum *Locro* an *Colophonio* (quamquam hacc lis ita fortasse probabiliter dirimi potest, ut Locri cognomen ad poeseos genus, Colophonii ad patriam spectare putemus) cf. Athen. VII, p. 321. F. Eustath. in Il. σ, p. 1163, qui paegnia scripsit, quae pedestri sermone scripta esse miror quomodo sibi persuaserit *Weichert.* poett. Latt. frgmm. p. 38, cf. *Eberti* diss. Sic. I, p. 210 sqq. *Ulrici* Gesch. d. Hell. Dichtk. t. II, p. 473 sq. Alter Mnaseas est *Patarensis*, e Lyciae urbe Patara oriundus, cf. *Ebert.* l. l. p. 211, quamquam saepe sollemni confusione (v. *intpp.* Luc. Asin. 2.) Patrensis vocatur, de quo cf. *Voss.* de hist. Graec. I, 21. *Harduin.* ind. auctt. Plin. t. X, p. 330 sq. Frz. *Burm.* ad *H. Vales.* Emendd. V, c. 17. *Harless.* ad *Fabric.* B. Gr. II, 132. *Ukerti* Geogr. I, 1, p. 148. Laudatur eius *periplus* ab Athen. VIII, p. 331. Phot. s. v. Πύϑε χελίδονος, a quo ita diversae fuisse videntur αἱ περιηγήσεις, quarum tertium librum memorat Steph. Byz. s. v. ἐγγελᾶνες, ut periplus ad orae maritimae, periegesis vero ad terrae mediae descriptionem pertineret. Num vero ad unum opus pertinuerint, dubitari potest. Praeterea commemo-

rantur eius libri *περὶ Εὐρώπης* apud Suid. et Phot. s. v. Πραξιδίκη, Schol. Theocr. I, 64. Ammon. s. v. Νηρεΐδες p. 98, vel Εὐρώπη apud Aelian. H. A. XVII, 46, idemque recte apud Fulgent. de serm. prisc. voc. Vespillones p. 560 Merc. restituisse videtur *Harduin.* l. l. Horum librum primum citant Harpocr. s. v. Ἱππία Ἀθηνᾶ, Fulgent. Myth. II, p. 701. Stav., tertium Athen. IV, p. 158; tum *περὶ Ἀσίας* librum primum habes apud Schol. Apoll. Rhod. I, 1129 secundum apud Athen. VIII, p. 346, denique *τὰ περὶ Λιβύης* affert Hesych. s. v. Βαρκαίοις ὄχοις. *Valesius* ad Harpocr. p. 49 praeterea apud Hesych. s. v. *σκότιος* e coni. reponi volebat Μνασέας ἐν τῇ Ἰάδι pro Μαρσύας ἐν τῇ Ἰάδι, quod in medio relinquam. Sine operis titulo vero laudatur Μνασέας ἐν η' Schol. Ven. Il. ο, 336. Quae cum consideramus, non possumus, quin putemus, fuisse hos libros de Europa, Asia, Libya partes maioris *περιηγησέων* operis, et ipsas in complures sectiones divisas. Quae observatio saepissime locum habet, nec minimi momenti est in accurata, qualem exoptavit *Passor.* opp. p. 166 sq., titulorum veterum scriptorum tractatione, ea quae tanquam singula opera citentur non esse nisi maioris operis partes. Docuit hoc de Dicaearchi titulis *Naekius* N. Rhein. Mus. I, 1, p. 40 sqq. cf. *Buttmann.* de Dicaearcho p. 8, et de Hellanici monuerunt *Creuzer.* hist. Kunst d. Gr. p. 80 sq. *Dahlmann.* Forsch. II, 1, p. 127, de aliis alii. Et in iis quoque, quos superstites habemus, scriptoribus hanc citandi rationem possumus observare. Ita Herodotus *ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς Κροῖσον* citatur Paus. III, 2, 3; *ἐν τοῖς Αἰγυπτίοις λόγοις* Aelian. H. A. VIII, 25 cl. Her. II, 68; *ἐν τῷ λόγῳ περὶ τῆς Ἀργείας ἱερείας* Sexto Emp. p. 186 Fabr. cl. I, 31; *ἐν τοῖς Περσικοῖς* Schol. Aristid. p. 23 Fromm. Eadem res est in poetis, et similiter Homerus citatur *ἐν Ἥρας ὅρκῳ* Paus. VIII,

37, 5; ἐν τοῦ σκήπτρου παραδόσει Thuc. I, 9; ἐν τῇ τοῦ Πριάμου ἐξόδῳ Arist. Il. A. IX, 22; ἐν τῇ διαπείρᾳ, ἐν ταῖς λιταῖς, ἐν τῇ πρεσβείᾳ Strab. I, 17 C., quae *Nitzschio* debeo. Sic mihi subnata coniectura est, num forte Orphicum illud carmen, cui titulus πέπλος, de quo *Lobeck*. Agl. I, p. 379 sq., ea pars *theogoniae* habenda sit, ubi peplus a Proserpina textus describitur, cf. *Lob.* l. l. p. 550 sq. Ceterum illa ita citandi ratio inde explicanda est, quod veteres in citandis operibus argumentum magis spectabant, quam titulum cf. *Bernhardy.* Encycl. p. 132. Ad Mnaseam ut revertamur, tractasse eum in illo opere mythologica pleraque et historica docent fragmenta. Est vero eius non infrequens apud veteres mentio, et fragmenta probabiliter suis libris addicere non adeo esset difficile. Habes vero ea, quamquam quaedam me haud dubie non dedita opera quaerentem fugerunt, apud Herodian. π. μον. λεξ. p. 13 Dind. Plin. H. N. XXXVII, 2, 11, 38. Steph. Byz. s. v. Ἄκανθος; Δάρδανος. Harpocr. et Phot. s. v. Σαβοί. Etym. M. et Phot. s. v. Ζάμολξις. Phot. s. v. Ὑμεῖς ὦ Μεγαρεῖς. Suid. s. v. Αἰγιεῖς. Μεγαρεῖς. Schol. Apoll. Rhod. I, 131. 917. II, 498. 675. 1054. IV, 264. cl. Schol. Arist. Nubb. 397. Schol. Luc. D. D. XXIII, 1. Schol. Pind. Ol. XI, 39. Schol. Ven. Il. τ, 291. υ, 234. Schol. Od. σ, 85. Schol. Theocr. XIII, 75. Schol. Eur. Phoen. 412. 652. Rhes. 36, ubi Μνασέας corruptum est in Μνασίας.*) Videtur vero verisimile, hunc esse Mnaseam

*) Utar hac occasione, ut leviter corruptum restituam Schol. Eur. Troad. 14: τὸν δὲ ἕρκιον Δία ἄλλοι ἀναγράφουσιν, ἰδίαν τινὰ σχέσιν περὶ αὐτοῦ ἱστοροῦντες· τρισὶν γὰρ ὀφθαλμοῖς κεχρῆσθαι φασίν, ὡς οἱ περὶ αγιαν καὶ δέρκαλον. Lege: οἱ περὶ Ἀγίαν καὶ Δερκύλον vel Δέρκυλλον, utraque enim scribendi ratio diverso accentu in usu est, cf. *Bast.* lettre crit. p. 201 sqq. *Boiss.* ad

Eratosthenis discipulum, quem Suid. commemorat s. v. Ἐρατοσθένης, et ad eundem *Mnaseam* referendam esse notitiam nostram docere videtur Arnob. adv. gentt. III, 37, qui eius de Musis auctoritatem laudat. Quamquam enim ibi Telluris et Coeli filias quattuor Musas tradidisse dicitur, potuit tamen eo loco illud quoque commemorare quod hic legimus. Distinguendus vero ab hoc alius *Mnaseas*, quem inter *rei rusticae auctores* refert Colum. R. R. I, 1. XII, 4, quia *Milesium* vocat, quod neglexit *Harduin*. l. l. Praeterea alius fuit, cuius

Herod. epim. p. 32 sq., ut in vv. in — ιλος et — ιλλος, cf. *Welcker*. kret. Kot. p. 32. *Pass.* ad Parth. p. 51. *Boeckh.* ad C. J. II, I, p. 320. *Lobeck.* Agt. II, p. 1251). Uterque coniungitur etiam ab Clem. Alex. Strom. I, p. 139 Sylb., nam rectissime ibi Ἁγίας pro Αὐγίας, (Ἄγις est apud Euseb. praep. evang. X, 292 qui Clementem exscripsit), legunt *Valck.* ad Eur. Phoen. p. 597 et *Boeckh.* C. J. II, 1, p. 329. De *Dercyllo* Argoticorum scriptore cf. *Valck.* ad Schol. Eur. Phoen. 7., ad Theocr. Adon. p. 274. *Schneidewin.* Zeitschr. f. A. W. 1835, n. 53. *Welcker.* ep. Cycl. p. 279. De *Hagia* quid statuendum nescio. Posset aliquis cogitare de Nostorum auctore, quem *Augiam* quidem vocat Proclus secundum *Siebenkeesii* apographum, sed *Hagiam* in cod. legi docuit *Thiersch.* Actt. phil. Monac. t. II, p. 583 sqq., quod recepit *J. Bekkerus* in edit. Schott. Venett., *Hegiam* a Paus. I, 2, 1 vocari putant VV. DD. (cf. *Welcker.* Schulztg. 1831 n. 7, p. 53), quamvis diversum putet *Thiersch.* l. l. Similiter artifex idem vocatur *Hegesias* et *Agasias*, cf. *Sillig.* catal. artif. p. 223. Obstaret non tam argumentum (etiam auctor Iliadis parvae tempus Troiae captae accuratius tradidit, Schol. Eur. Hec. 892.), quamconiunctio cum *Dercyllo*, quare posset ille quoque Pausaniae *Hegias* diversus a nostorum auctore idem cum nostro habere. Nunc tamen probo sententiam, quam mecum communicavit *Nitzschius*, videri *Dercyllum Hagiae*, nostorum auctoris, testimonio usum fuisse. — Ceterum rem eandem tradit Paus. II, 21, 5, cf. *Schwenck.* etym. myth. Andd. p. 44 sq.

Reinesius iam VV. LL. III, 3, p. 384 mentionem iniecit, *Mnaseas grammaticus*, de quo ita Suid. s. v. Μνασέας: Βηρύτιος· ἔγραψε τέχνην ῥητορικὴν καὶ περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων. Huic igitur non sine veri specie notitiam tribuere possumus de litterarum inventione, de qua in arte rhetorica commode potuit disserere, quae sub auctoritate *Mnaseae* traditur in *Bekkeri* Anecdd. t. II, p. 783. 786. Nulla vero idonea caussa *Reinesium* l. l. e Josepho c. Apion. I, 23. Antt. Jud. I, 3. *Mnaseam Phoenicem* ab hoc diversum finxisse, cum *Eberto* statuo l. l. p. 211 sq.; sine dubio de *Berytio* sermo ibi est; Beryti enim temporibus Imperatorum Romanorum schola fuit litterarum celeberrima, cf. *Menagius*, amoenn. iur. civ. c. 24, p. 131 sqq. et *J. Hasaeus*, de Berytensi ICtorum academia in (*Heinii*) nova librorum rariorum conlectio, fasc. V (Hal. 1716), p. 11 sqq., unde plures serioris temporis docti commemorantur Berytii e. g. Nerone imperante *P. Egnatius Celer*, v. Dio C. LXII, 26. Juv. III, 116 sqq., de quo, neglectis *Hasaei* l. l. c. 4, p. 35 sqq. nugis, cf. *V. D.* in ind. lectt. Gryphisw. 1827—28. *Madvig.* opp. p. 45 sq.; *Valerius Probus*, circa eadem tempora grammaticus celeberrimus, v. Suet. ill. gramm. 24, cuius auctoritate saepius utitur Gellius, quem respicit Martial. III, 2, 12, cl. *Fabric.* B. L. t. III, p. 381 sq. et *Anatolius* sub Constantio, cf. *Toup.* ep. crit. p. 19 sq. Lips., *Niclas.* prolegg. ad Geopon. p. XLVIII sqq. Ad hunc *Mnaseam Berytium*, quem *Manassem* proprie vocatum putat, *Gutberleth.* de myster. Deor. Cabir. p. 103 sq. refert, quae de Cabiris a Mnasea traduntur apud Schol. Apoll. Rh. I, 917, minus recte, ut videtur. Ab omnibus vero, quos recensuimus, diversus est *Mnaseas medicus*, quem Galen. εἰσαγ. ἢ ἰατρὸς t. XIV, p. 684 Kuehn. inter methodicos refert.

2. De nominibus propriis muliebribus in — ω exeuntibus cf. *Passovius* opp. p. 115.

3. Cf. *Albertrandi* diss. de Musis. Vars. 1801, cl. *Becki*, Comm. soc. phil. Lips. III, p. 43 sqq. *Petersen.*, de Musarum apud Graecos origine, numero nominibusque in Miscell. Havn. I, 1. *Hermann.*, de Musis fluvialibus Epicharmi et Eumeli p. 3 sqq. *Creuzer.*, Symb. t. III, p. 278 sqq.

4. Cum a Tzetz. ad Hesiod. ἐργ. p. 5 Heius. Homeri recentioris, Byzantii, Andromachi filii, qui e tragicorum pleiade fuit, cf. *Naekii* sched. crit. p. 2. 6, Euryalea vel Eurypylea afferretur, huius Palamedeam quoque esse possit aliquis suspicari.

5. Cum *Cercops* secundum Apollod. II, 1, 5, 14, *Hesionam* matrem Palamedis narraverit, videtur hoc probabiliter ad *Aegimium* referri posse, quod carmen ab aliis *Hesiodo*, ab aliis *Cercopi Milesio* tribuebatur, de quo cf. *Valck.* ad Eur. Phoen. p. 735, *Müller.* Dor. I, p. 28, cuius probo sententiam Prolegg. z. e. wiss. Myth. p. 399 propositam, *Cercopem* fuisse sub Pisistrato interpolatorem huius carminis. Nauplius enim Herculis aequalis fuit, Apoll. II, 7, 3. III, 9, 1, 4, et secundum quosdam Hesionam in matrimonium accepisse videtur, quae vulgo Telamonis perhibebatur cf. *Fuchs.* de var. fabb. Troic. p. 31 sq., quod in Aegimio carmine in honorem Herculis composito, facile potuit narrari. Apollodorus autem Aegimium Cercopi videtur tribuisse, cf. *Göttling.* praef. Hesiod. p. XXVIII. Est vero memoratu dignum, Hesionam (a v. ᾄδειν, secundum *Welckerum*, *die Sängerin*), et Clymenen a quibusdam Promethei tradi uxores, cui in haud paucis perquam similis est Palamedes, cf. *Welcker.* Tril. p. 12. Nachtr. p. 53, v. infra n. 64.

6. Cf. Apollod. II, 1, 5, 14. cl. *Nitzsch.* de Arist. contr. Wolf. p. 36. *Welckerus* vero Schulztg.

1831, II, n. 7, p. 52, in *necyia*, de qua cf. *Nitzsch.* l. l. p. 39 sqq., de Palamedis matre narratum putat.

7. Luc. dom. 30. Serv. ad Virg. Aen. II, 81. Lact. ad Stat. Achill. I, 94, qui Servium exscripsit, ex eoque multifariam emendandus est, Eudoc. 321.

8. Tzetz. ad Lycophr. 818.

9. Tzetz. ad Lycophr. 386. Hygin. Fab. XCV. Plin. H. N. XXXV, 11, 40, 129. Philostr. Her. X, 2.

10. Eudoc. p. 321. Hygin. Fab. XCV. Philostr. Her. X, 2 totam hanc fabulam confictam esse contendit.

11. l. l. ἔπειτά ἐστι Παλαμήδους θάνατος.

12. Similem simplicitate de morte Palamedis narrationem exhibet Dict. Cret. II, 15, persuasisse Ulixem et Diomedem Palamedi, ut in puteum descenderet, in quo thesaurum repertum aiebant, tum lapidibus obruisse, quo modo Atreus quoque fratrem Chrysippum necasse traditur, v. Schol. Eur. Or. 800. Et similem certe narrationem in illa tabula expressam fuisse putandum est, de qua Ptol. Heph. I, p. 53: ἐφεξῆς δὲ περὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως φησίν, ὡς ἐν Ἐφέσῳ θεασάμενος Παλαμήδην δολοφονούμενον ἐν πίνακι ἐθορυβήθη, διότι ἐῴκει τῷ δολοφονουμένῳ Ἀριστόνεικος ὁ σφαιριστὴς Ἀλεξάνδρου (de quo cf. Athen. I, p. 19). Certe v. δολοφονουμένῳ non satis aptě positum videri posset de eo, qui iudicio populi, quamvis iniquo, lapidaretur. Posset huc gemma quoque Berolinensis II, n. 148 trahi, modo certum esset, ΠΑ significare Παλαμήδης.

13. Zeitschr. f. A. W. 1834 n. 6, p. 54 sq.

14. Cf. *Hecker.*, litt. Annall. d. Heilkunde. 1832, I, p. 39, quem librum conferre non potui; Zeitschr. l. l. p. 56.

15. Reprobatur vel hoc testimonio sententia *Hemsterhusii* ad **Luc. ind. voc. 5, t. I, p. 305 Bip.**, **Euripidem** primum hanc inventionem Palamedi tribuisse, quam iure reiecit *Wolf.* **prolegg. p. LI**, quamvis firmare studeat *Foss.* **de Gorg. p. 104**, qui nimis cupide hoc testimonium in suspicionem adducit.

16. Ita **Plato resp. VII, 6, p. 522 D.** *Παγγέλοιον ἂν, ἔφην, στρατηγὸν Ἀγαμέμνονα ἐν ταῖς τραγῳδίαις Παλαμήδης ἑκάστοτε ἀποφαίνει. ἢ οὐκ ἐννενόηκας, ὅτι φησὶν ἀριθμὸν εὑρὼν τάς τε τάξεις τῷ στρατοπέδῳ καταστῆσαι ἐν Ἰλίῳ καὶ ἐξαριθμῆσαι ναῦς τε καὶ τἆλλα πάντα, ὡς πρὸ τοῦ ἀναριθμήτων ὄντων καὶ τοῦ Ἀγαμέμνονος, ὡς ἔοικεν, οὐδ' ὅσους πόδας εἶχεν εἰδότος, εἴπερ ἀριθμεῖν μὴ ἠπίστατο*, quem locum ad verbum fere exscripsit **Theo Smyrn. p. 5 ed. Bull.** et respexerunt **Dio Chrys. XIII, p. 428 Reisk.** et **Aristid. or. XLVI, t. II, p. 340 Dind.**, ad quem locum cum **Schol. p. 702, 3** annotet, esse haec petita ex **Aeschyli Prometheo**, posset aliquis coniicere, in animo habuisse Platonem **Aeschyli Palamedem**, cf. p. 5 sq. **Sophoclis** putavit *Bullialdus* ad **Theon. Smyrn. p. 195 sq.**; quae res ad liquidum perduci nequit; illud certe commentum de inimicitia inter Platonem et Sophoclem, cuius vestigium hic teneremus cf. *Valck.* ad **Eur. Phoen. 1828. p. 547.** *Ruhnk.* ad **Tim. p. 9**, refutavit *Boeckh.* ad **Plat. Min. p. 182** et **trag. Gr. princ. p. 123.**

17. V. **Apollod. II, 1, 5, 14. Polyaen. strateg. I. praef.** *οἷον δὲ κἀκεῖνο στρατήγημα Ὀδυσσέως οἱ τραγῳδοὶ ᾄδουσιν.* **Cic. off. III, 26, 97.** cf. **Max. Tyr. diss. VII, p. 99 Reisk.** *τί δήποτε οἱ ἐν Διονύσου τὰ δράματα ὑποκρινόμενοι — Τήλεφόν τινα ὑποδυόμενοι ἢ Παλαμήδην*, ubi **Telephi** mentio de **Euripidis Palamede** cogitasse scriptorem suadet.

18. Cf. de eius auctoritate *Welcker.* Aesch. Tril. p. 540 sqq. Nachtr. p. 24; 89.

19. Cf. *Bornemann.* ad Xen. Anab. IV, 5, 19. *Herm.* ad Soph. Ai. 1105. Phil. 1004. *Schaef.* ad Plut. t. IV, p. 397 sq.

20. V. Eust. p. 242, 22. 1358, 4. 1432, 5. 1791, 45. 1833, 4. Schol. Il. β, 381. Od. β, 20. Phryn. Bekk. p. 20, 23.

21. Haec corrupta. *Scalig.* ad Manil. Astr. p. 320 pro ἑκατοντάρχας coni. τάγυς; *Valck.* ad Eur. Phoen. 546, p. 204 λόχυς; *Schweigh.* ad Athen. l. l. em.: Καὶ ταξ. καὶ ἑκατοντάρχας στρατῷ; *Porso*: καὶ ταξ. χἀκατοντάρχας στρατῷ.

22. Ita *Valck.* l. l. pro τρίχ.

23. Προσάπτειν usitatum in hac re verbum cf. Strab. I, p. 17 A. Bekk. Anecdd. II, 784.

24. Cf. praeter multa alia, exempla proposita a *Pass.* ad Pers. p. 133. *Osann.* auctar. lex. Gr. p. 40. 146.

25. De hac modestiae formula cf. *Heind.* ad Plat. Theaet. p. 311. Aliter vero intelligendum duco, quod vulgo huc trahitur, Euripideum illud in Medea 625:

ἴσως γὰρ, σὺν θεῷ δ' εἰρήσεται,
γαμεῖς τοιῦτον, ὥστε σ' ἀρνεῖσθαι γάμον

ubi est, non sine Dis dico, quod dico h. e certo eveniet, cf. quae collegit *Baehr.* ad Plut. Philop. 17, p. 63, quo ducit iam partic. δέ, idque egregie convenit totius loci rationi. Dissentiendum igitur puto a *Valck.* ad Phoen. 615, p. 232.

26. In eadem sententia fuit iam *Scalig.* ad Man. p. 319, qui tacite utrumque fragmentum coniunxit, quod factum tamen improbat *Hemst.* ad Luc. t. I, p. 306.

Digitized by Google

27. Hunc inimicum Ulixi Palamedis amicum finxerunt, cf. Paus. X, 31, 1. Quod vero narrant Philostr. Her. X, 7. Tzetz. Antehom. 386 sqq., sepultum esse Palamedem ab Aiace, quamvis vetasset Agamemnon, id Sophocles certe non tractasse putandus erit, nimium simile argumentum iis, quae in fine Aiacis Sophocleae aguntur.

28. Ita exhibet frgm. *Dindorf.* n. 379. adhibitis transpositionibus emendationibusque *Scaligeri* ad Manil. Astron. p. 319 et *Heathii.* Ceterum arcti inventio Nauplio alias tribuitur cf. Schol. Arat. Phaen. 27.

29. Tzetz. ad Lyc. 386.

30. Ita censet etiam *Huschkius* anall. crit. p. 241.

31. Tzetz. ad Lyc. 386. *Τότε δὲ μαθὼν τὴν τοῦ υἱοῦ ἀναίρεσιν ὁ τούτου πατὴρ Ναύπλιος ἔπλευσε πρὸς τοὺς Ἕλληνας καὶ τὴν τοῦ παιδὸς ἀπήτει ποινήν. ἄπρακτος δὲ ὑποστρέψας, ὡς πάντων χαριζομένων τῷ βασιλεῖ Ἀγαμέμνονι, μεθ' οὗ τὸν Παλαμήδην ἀνεῖλεν ὁ Ὀδυσσεὺς, περιπλέων λοιπὸν τὰς Ἑλληνίδας χώρας παρεσκεύασε τὰς τῶν Ἑλλήνων γυναῖκας μοιχευθῆναι, οἷον Κλυταιμνήστραν τὴν τοῦ Ἀγαμέμνονος Αἰγίσθῳ, Αἰγιάλειαν τὴν Διομήδους τῷ υἱῶ τοῦ Σθενέλου, Μήδαν δὲ τὴν Ἰδομενέως ὑπὸ Λεύκου, ἣν καὶ ἀνεῖλε Λεῦκος καὶ Κλεισιθήραν τὴν θυγατέρα αὐτῆς ἐν τῷ ναῷ καταφυγούσας· καὶ τῶν λοιπῶν ὁμοίως· καὶ δέκα πολεις τῆς Κρήτης ἀποσπάσας, ἐτυράννησε καὶ μετὰ τὸν Τρωικὸν πόλεμον καὶ τὸν Ἰδομενέα τῇ Κρήτῃ καταίροντα ἐξήλασε· ταῦτα πάντα ταῖς τοῦ Ναυπλίου συσκευαῖς.* Eudoc. p. 321.

32. Statuunt tamen hoc tragoediae argumentum *Brunck.* ad Soph. frgmm. *Lennep.* ad Phalar. epp. p. 56, in eademque sententia esse videtur *Welcker.* Aesch. Tril. p. 467.

33. Cf. *Lennep.* ad Phal. epp. p. 56.

34. V. *Herm.* ad Arist. poet. 4, p. 10. *Blomf.* praef. Aesch. Agam. p. IX. *Welcker*, Nachtr. z. Tril. p. 26.

35. Ita Polydorus Euripidis pro Hecuba citatur cf. *Welckeri* Aesch. Tril. p. 611 sq.; Hecuba pro Troadibus cf. *Meinekii* quaestt. scenn. III, p. 36; Electra pro Oreste cf. *Valck.* diatr. p. 16; Phaedra pro Hippolyto v. *Valck.* praef. XVII, quae nulla caussa est, cur cum *Osanno* ad Philem. p. 37 statuamus, hoc esse verum huius tragoediae nomen; Pentheus pro Bacchabus v. *Valck.* diatr. p. 16. *Elmsl.* ad Eur. Bacch. p. 7. *Pierson.* Verisim. I, 10, p. 120. Eodem modo factum est, ut Arist. pol. II, 1, 16 citaret Aristophanem *ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς λόγοις*, nempe apud Platonem Symp. p. 192 D. Similiter Socrates laudatur, scilicet Platonicus, e. g. Tzetzae ad Hesiod. p. 16. 57. 67, D. Heins. Ex hoc citandi more male intellecto affictae sunt tragicis fabulae, quae nunquam fuerunt, v. *Brunck.* ad Soph. frgmm. t. II, p. 100 sq. ed. Both., *Welcker.* Nachtr. p. 63 sqq.

36. Huc respiciunt Anecdd. *Bekk.* t. II, p. 786. De toto vero frgm. post *Scalig.* ad Manil. Astr. p. 319 v. *Hemst.* ad Luc. t. I, p. 305 sq.

37. Cf. Hom. Il. γ, 221 sqq. Strab. I, p. 17 C. Tryphiod. 114 sqq. Xen. Mem. IV, 6, 15. Cic. Brut. 10, 40 ib. *Ellendt.* Quint. XI, 3, 158. Plin. epp. I, 20 cl. *Spengel.* *συναγ. τεχν.* p. 6 sq.

38. Verba haec sunt:

Οἶδ' ἐγὼ καὶ δὴ πόρον
Ἐκ τοῦ Παλαμήδους· ὡς ἐκεῖνος τὰς πλάτας
Ῥίψω γράφων κ. τ. λ.

ubi **Schol.** Ὁ γὰρ Εὐριπίδης ἐν τῷ Παλαμήδει ἐποίησε τὸν Οἴακα τὸν ἀδελφὸν Παλαμήδας ἐπιγράψαι εἰς τὰς ναῦς τὸν θάνατον αὐτοῦ, ἵνα φερόμεναι ἑαυταῖς ἔλθωσιν εἰς Ναύπλιον τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ ἀπαγγείλωσιν τὸν θάνατον αὐτοῦ.

39. Hoc aliis quoque locis ab eo factum videtur. Cf. Schol. Arist. Avv. 841. Ran. 1480.

40. Ita hos vss. restituit *Valck.* ad Phoen. f. 321, p. 112, qui corrupti ex parte leguntur apud Diog. L. II, 44. Philostr. Her. X, 12. Tzetz. ad Lycophr. 384. exeg. in Il. p. 44. Argum. Isocr. Busir. p. 247 Bekk.

41. Cf. *Böttigeri* Furienmaske p. 2 sqq. *Boeckh.* tr. Gr. pr. p. 37 sqq. *Hermann.* opp. t. II, p. 128 sqq. *Passovii* opp. p. 87.

42. Videtur enim haec res mihi ut *Boeckhio* tr. Gr. pr. p. 56 admodum dubia, quamvis veram habeant *Welcker* Schulztg. 1832 II, n. 23, p. 177. *Passovius* opp. p. 3 sq. Similiter ad Themistoclem relatum esse Sophoclis versum, narrat Schol. Arist. Eq. 84.

43. *Parmeniscus*, grammaticus, cuius liber primus πρὸς Κράτητα laudatur a Schol. Ven. Il. θ, 513, studia posuit in Homero, cuius vestigia colligere licet e Schol. Ven. ad Il. ε, 638. ι, 197. λ, 424. ξ, 249. σ, 100 (ad quem locum adnotatio invenitur etiam apud Etym. M. s. v. Ἄρεω), 514. 515. et e Schol. Odyss. δ, 242. Levem eius memoriam iniecit *Wolf.* prolegg. p. CCXLIV. Grammatici eius studii testimonium exstat etiam apud Varr. L. L. X, 10, p. 162 Bip. Praeterea ex historia fabulari narrantur quaedam sub Parmenisci auctoritate, quae num proprio quodam opere tractata sint, an in commentariis poetarum, nescimus. Citatur vero, quantum ego inveni, Steph. Byz. s. v. Ἅλος. Ἔφυρα. Schol. Eur. Med. 10. 276. Troad. 218. 225. Rhes. 528.

Hygin. astron. II, 2. 13. Mentionem eius fecit *Vossius*, de histor. Graec. III, p. 313.

44. Ita Aristophanem, ut Nubes contra Socratem doceret, ab Anyto pecunia esse corruptum, fuerunt qui contenderent, cf. *Herm.* praef. ad Nubb. p. XXXII, et Herodotum et ipsum ab Anyto quodam decem talentis esse corruptum, ut Athenienses laudaret prae caeteris, Diyllus narraverat, cf. *Dahlmann.* Forsch. II, 1, p. 32 sqq., qui alia quoque affert. Omnino vix est insignis vir inter Graecos, cui non haec macula aliquando adspersa fuerit. Cf. *Boeckh.* Staatsh. I, p. 412 sqq.

45. Xen. apolog. § 26: Παραμυθεῖται δ᾽ ἔτι με καὶ Παλαμήδης, ὁ παραπλησίως ἐμοὶ τελευτήσας· ἔτι γὰρ νῦν πολὺ καλλίους ὕμνους παρέχεται Ὀδυσσέως τοῦ ἀδίκως ἀποκτείναντος αὐτόν.

46. Plato Apol. 32, p. 41 B.: Θαυμαστὴ ἂν εἴη ἡ διατριβὴ αὐτόθι, ὁπότε ἐντύχοιμι Παλαμήδει καὶ Αἴαντι τῷ Τελαμῶνος καὶ εἴ τις ἄλλος τῶν παλαιῶν διὰ κρίσιν ἄδικον τέθνηκεν, quem locum latine vertit Cic. Tusc. I, 41, 98, respexit Aristid. or. XLVI, t. II, p. 339. Inde sua duxit Lucianus quoque D. M. XX, 4: Μετὰ Νέστορος καὶ Παλαμήδους ἐκεῖνος (Σωκράτης) ληρεῖ τὰ πολλά. Ver. Hist. II, 17: Εἶδον δὲ καὶ Σωκράτην τὸν Σωφρονίσκου ἀδολεσχοῦντα μετὰ Νέστορος καὶ Παλαμήδους.

47. Liban. pro Socr. p. 242 Mor.: Ἐγένοντό ποτε καὶ πρότερον ἄδικοι κρίσεις· ἔδοξε καὶ Παλαμήδην τὸν σοφώτατον τῶν τότε Ἑλλήνων παρὰ δίκην ἀποθανεῖν· ἦσαν γὰρ ἐν Ἰλίῳ τινὲς Ἄνυτοι καὶ Μέλητοι· ἀλλ᾽ οὐδὲ ἐκεῖνος πρὸ τοῦ θανάτου σιωπᾶν ἐκελεύετο, ἀλλ᾽ ἐξῆν αὐτῷ καὶ λέγειν καὶ γράφειν, καὶ γράψας ἐπὶ τοῦ ξύλου τοῦ ναυτικοῦ τὴν ἑαυτοῦ τύχην, ἔπεμψε τῷ ἑαυτοῦ πατρὶ Ναυπλίῳ τὴν ἐπιθανάτιον ἐπιστολήν, quibus Euripidem respexisse videri potest, cf. supra p. 9 sq.

48. V. Xen. Mem. IV, 2, 33. cynegr. I, 11. Plat. rep. VII, 6, p. 522 D.

49. Diog. L. II, 18. Ael. V. H. II, 13. Dion. Hal. A. Rhet. 8, 10. 9, 11. *Valcken.* diatr. Eur. p. 14. *Reisigi* praef. Arist. Nubb. p. XIV.

50. Patebit hoc ei, qui in tabulis catalogo vasorum Berolinensium additis litterarum Γ et Λ figuram accurate comparabit e. g. n. 651. 683. 799. 803·

51. Nihil, quod huc quadret, invenio apud *Böttigerum*, qui Vasengem. I, 2, p. 97 sqq. fusius de caduceo egit.

52. Alius quoque *Welckeri* in hoc loco error est. Quo magis probabile fiat, apud Euripidem lapidatum esse Palamedem, quod sane probabile est, quia lapidatio heroicis temporibus usitata ab Homero Il. γ, 57 et saepissime a tragicis aliisque commemoratur cf. *Weissii*, diversa naturae et rationis in civitatt. constit. ratio e Graec. hist. illustr. p. 37. *Wachsmuth.* H. A. II, 1, p. 437 sq., haec addit: *Aus einer Tragödie muss der Ausdruck des Schol. Matth. ad Orest. 434 genommen sein, dass Palamedes sterben solle ἐν λευσίμῳ πετρώματι.* Verum enim vero ubi de Palamede loquitur Schol. ad vs. 422, tali verbo non utitur, ubi utitur ad vs. 432, non de Palamede sermo est; ipsius utitur Euripidis verbis, qui vs. 442 Dind. ita Orestem de se ipso facit loquentem:

θανεῖν ὑπ' ἀστῶν λευσίμῳ πετρώματι.

53. Si animo indulgere licet, possit aliquis conjicere, pertinere hanc picturam ad *Agamedem* et *Trophonium*, de quorum mytho cf. *Creuzer.* Symb. II, p. 379 sqq. 723. *Buttmanni* Mythol. II, p. 227 sqq. *Müller.* Orchom. p. 95 sqq. Ita certe tam draco cf. Paus. IX, 39, 2, quam caduceus v. Cic. N. D. III, 22, 66

facillime possent explicari. Esset autem coniiciendum, secutum esse pictorem mythi formam aliunde non notam, secundum quam Agamedi non a fratre caput abscisum, sed lapidatus ipse interemtus esset. Variatum vero esse hunc mythum docent ea, quae *Ilgen.* ad Hom. h. Apoll. P. 119, p. 303 sq. collegit, cf. praesertim Schol. Arist. Nubb. 504 Herm. Verum hae, fateor enim, suspiciones sunt et multis peiores fortasse videantur quam ea, quae *Welckerus* proposuit.

54. Exemplo est Cic. Top. 20, 76 ubi Boet.

55. Cf. de eo *Kruegerus* ad Dion. Hal. Historiogr. p. 14.

56. *Caroli Schoenborni* diss. de authentia declamationum, quae *Gorgiae Leontini* nomine exstant. Vratisl. 1826. 4.

57. Huic sophistae Helenae laudationem sub Gorgiae nomine servatam adscribit *Spengel.* συναγ. τεχν. p. 75 sqq., qui si ex Aristot. rhet. II, 24 collegit, laudationem in mures scripsisse eum, plus in eius verbis quaesiisse videtur, quam inest; potuit enim, quae ibi afferuntur, alio quoque loco dicere Polycrates.

58. De ea collatis veterum testimoniis Isocr. Busir. 5. Quint. II, 17, 4. III, 1, 11. Diog. L. II, 38 sq. Ael. V. H. XI, 10. Suid. s. v. non possum aliter statuere, quam *Perizonius* ad Ael l. l. fecit.

59. Cf. Diod. Sic. XII, 53. Cod. Monac. VIII, fol. 42 apud *Spengel.* συναγ. τεχν. p. 70 n. 91, qui p. 72 scite comparat Plat. Gorg. p. 449 A.

60. De *Palamede* scripserunt Philostratus Heroicc. capite X, Eudocia p. 321 et Hyginus fab. CV; inter recentiores *Heynius* exc. IV* ad Virg. Aen. II, t. II, p. 405 sqq. ed. nov., et *J. A. Fuchsius*, de

varietate fabularum Troicarum quaestt. c. 8, p. 88 sqq.

61. De genealogia eius explicatius egit *Schubartius*, quaestt. genealogicae, historicae p. 47 sqq.

62. Dubie Gregor. Naz. or. 3, p. 99 Mor. *εἴπερ Εὐβοεὺς ὁ Παλαμήδης.*

63. V. Steph. Byz. s. v. ib. *Bergler.* Plin. H. N. IV, 12, 21. Pomp. Mel. II, 7, 9. *Lennep.* ad Phalar. epp. p. 49 sq.

64. *Welckerus* A. Schulztg. II, 1831, n. 99, p. 786 sq. *Philyrae* nomen, quod *Φίλλυρα* quoque scribitur, a *φύλλον* derivat, cum saepissime *ι* et *υ* permutentur cf. Aesch. Tril. p. 417 sq. 613. Nachtr. p. 338, eamque alteram Medeam vel Agameden fuisse putat. Contra *Stackelbergio*, d. Apollotempel z. Bassae p. 142 Philyra est lyrae amans, ut fuit olim ipsi *Welckero* Nachtr. p. 53, v. supra p. 36, n. 5.

65. Cf. Tzetz. ad Lyc. 386. Schol. Eur. Or. 422. Dict. Cret. I, 1.

66. Summa demum senectute connubium iniisse Nauplium *Sturzius* ad Pherec. frr. p. 75 colligit ex loco Apollodori, quem apponam: (Ναύπλιος) *μακρόβιος γενόμενος πλέων τὴν θάλασσαν τοῖς ἐμπιπτοῦσιν ἐπὶ θανάτῳ ἐδυσφόρει· συνέβη οὖν καὶ αὐτὸν τελευτῆσαι ἐκείνῳ τῷ θανάτῳ, ᾧπερ ἄλλων τελευτησάντων ἐδυσφόρει· πρὶν δὲ τελευτῆσαι ἔγημεν* — Κλυμένην *κ. τ. λ.* Verum hoc non inesse verbis *πρὶν δὲ τελευτῆσαι* recte monuit *Schubart.* p. 48, additis eam tantum ob caussam, quia antea de morte Nauplii dixerat; nec verisimile esse illud commentum, quod Palamedi filio contra Troianos belligeranti superstes fuerit Nauplius, idem addit. Quae praecedunt verba difficillima sunt. Nam cum ita ut leguntur sensum aptum

non praebeant, difficilis tamen est emendatio, quae ita fieri debet, ut parallelismus vv. ἐδυσφέρει — ἐδυσφόρει et τελευτῆσαι — τελευτησάντων ne laedatur. Ergo vel hoc nomine non potest placere *Kuhnii* emendatio ad **Paus.** II, 25, p. 168 proposita, pro primo ἐδυσφόρει reponentis ἐπυρσοφόρει, licet probaverint *Hemst.* ad **Polluc.** IX, 14 et *Huschkius* **anall. critt.** p. 249 sq., cuius ceteras difficultates satis demonstrat *Heynius* ad **Apoll.** l. l. p. 126. Neque satisfacit *Schubart.* p. 49, qui ita locum constituit: ἔτος μακρόβιος γενόμενος πλέων τὴν θάλασσαν *** τοῖς ἐμπιπτοῦσιν ἐπὶ θανάτῳ ἐφρυκτώρει· συνέβη οὖν καὶ αὐτὸν τελευτῆσαι ἐκείνῳ τῷ θανάτῳ, ᾧπερ (vel ἐφ' ᾧπερ) ἄλλων πλευσάντων ἐφρυκτώρει. Lacunam, in qua accuratius de morte Nauplii expositum fuerit, necessariam censet, quia part. οὖν non habeat, quo referatur. At hoc non probandum, nam οὖν recte locum habet ob rationem, quae intercedit inter mortis genus, quo alios affecit Nauplius et quo ipse punitus est. Tum v. τελευτησάντων non debuisse mutari in πλευσάντων apparet ex iis, quae modo monui. Deinde scribendum certe esset ἐφ' ᾧπερ pro ᾧπερ. cum praepositio longius remota sit, quam quae intelligi possit, alius enim generis sunt, qualia collegerunt *Heindf.* ad **Plat. Gorg.** p. 240. **Phaedr.** p. 91. *Ast.* ad **Plat. legg.** t. II, p. 108. *Schaef.* ad **Soph. Oed. C.** 749. *Frotscher.* ad **Xen. Hier.** p. 14. *Baehr.* ad **Plut. Pyrrh.** 13, p. 178 sq. Ego vero medelam huic loco non invenio. Mirum vero, si de illa ingenti ad Caphareum edita Graecorum strage hoc modo loqui potuerit **Apollodorus**; num aliam fabulam secutus est, qua singulos perdiderit Nauplius, quo ducere possit **Schol. Eur. Or.** 54: Ναύπλιος, ὃς ἀμυνόμενος τοὺς Ἕλληνας διὰ τὸν ἐν Τροίᾳ τοῦ παιδὸς φόνον, ἐπιτηρήσας ὅτε ἀνέστρεφον ἐκεῖθεν, οὓς ἂν αὐτῶν εὗρε χειμαζομένους τῷ τῆς θαλάσσης βυθῷ παρεδίδου; an conferenda sunt haec ex **Alcidamantis** declamatione p. 670 Bekk. Τούτῳ πατήρ

ἐστι πένης, ὄνομα Ναύπλιος, τέχνην ἔχων ἁλιείαν· ὅτος πλείστας τῶν Ἑλλήνων ἠφάνικε, χρήματά τε πολλὰ ἐκ τῶν νεῶν ὑφήρηται, κακά τε πλεῖστα τὰς ναυτίλας εἴργασται κ. τ. λ.? Praeterea vide, quae de hoc loco scripsit *Welcker*. Nachtr. p. 175. Ceterum recte monuisse videtur *Schubartius*, videri ante oculos habuisse Apollodorum poetam aliquem. Quare suspicacior aliquis posset eo deduci, ut coniiceret, hanc Nauplii navigantis mortem argumentum fuisse Sophoclis Nauplii καταπλέοντος, ita ut Nauplius πυρκαεύς, quod ad argumentum attinet, praecesserit; sic immoderata eius ira ultioque immanis in prima spectata in altera fabula puniretur. Sed talia multa possunt cogitari. Ceterum obiter moneo in Nauplio locum videri fuisse Φρυκτωρίας, cuius inter theatri partes meminit Pollux IV, 127. 129, nec non hemicyclii, quo natantes in mari homines vel strophei, quo in mari pereuntes ostendebantur, v. Poll. IV, 132 cl. *Rittero*, Schulztg. 1831, II, n. 5, p. 37 sqq.

67. Fabulam tractavit Aeschylus, cuius tria fragmenta supersunt n. 11 — 13 Dind., quam satyricam fuisse non sine veri speci contendunt *Boeckh.* tr. Gr. pr. p. 28. *Hirt.* et *Wolf.* in Amalth. II, p. 280 sq. *Böttiger.* ibid. p. 283 sq., non improbat *Welcker.* Aesch. Tril. p. 541, probat idem et accuratius explicat Nachtr. p. 308 sq. Pertinebat fortasse ad trilogiam Danaidum, de qua cf. *Welcker.* Tril. p. 390 sqq., quam Aegyptiorum titulo inscriptam fuisse idem putat ibid. p. 567. Etiam ars hanc fabulam frequenter celebravit, v. *Mülleri* Archaeol. § 356, 3, inprimis vasorum picturae IV nominandae sunt, de quibus v. *Hirt.* et *Böttig.* in Amalth. II, p. 277 sqq. Adde picturam vasculi Neapolitani apud *Panofkam* Neap. Ant. Bildw. p. 265 sq., quae certissime huc referenda est, et aliam ib. p. 286 sq. commemoratam, quae probabiliter de eadem re explicari

potest. Etiam in praeclaro vasculo Berolinensi n. 1016, quod in altera parte Herculis et Juventae nuptias exhibet (cf. *Böttig.* Kunstmyth. p. 12 sqq.), in altera parte olim fuisse visam Amymonen cum Neptuno, probabiliter possit coniici. Errat vero *Levezovius* in catal. p. 270 tradens, Neptuni superesse tantum pedes, videmus enim totum fere Neptunum, tridentem laeva tenentem, tunica inferiores partes amictum, cuius capitis tantum humerique paucula laesa sunt. Etiam in alio vasculo Berolinensi n. 682 potest Amymone a Neptuno correpta alicui videri repraesentata esse, quamquam ibi de Tydeo quoque et Ismene potest cogitari, cf. *Müller.* Arch. § 412, 3. Ceterum de tota fabula v. *Creuzeri* Symb. t. III, p. 475. *Böttig.* Amalth. II, p. 298 sqq. *Völckeri* Myth. d. Jap. Geschl. p. 194.

68. Facete et verissimime *Göthius* in Faustii secunda parte p. 131 sq., ubi de *Helena* loquitur, ita:

— — Ich seh' die Philologen,
Sie haben Dich so wie sich selbst betrogen.
Ganz eigen ist's mit mythologischer Frau:
Der Dichter bringt sie, wie er's braucht, zur Schau;
Nie wird sie mündig, wird nicht alt,
Stets appetitlicher Gestalt,
Wird jung entführt, im Alter noch umfreit,
G'nug, den Poeten bindet keine Zeit.

69. Ita Strabo VIII, p. 368 D. δεδόσθω γὰρ Ποσειδῶνος εἶναι, Ἀμυμώνης δὲ πῶς τὸν κατὰ τὰ Τρωικὰ ἔτι ζῶντα;

70. V. Schol. Eur. Or. 54. Ναύπλιος λιμὴν ἐκλήθη ἀπὸ Ναυπλίȣ, ἀνδρὸς Ἀργείȣ, υἱȣ͂ Ποσειδῶνος καὶ Ἀμυμώνης εὑρόντος πρώτȣ τὰ ναυτικά· ἔστι δὲ καὶ ἕτερος ἀνὴρ Ναύπλιος πατὴρ Παλαμήδȣς. cf. Schol. ad v. 46.

71. Utuntur hoc loco Serv. ad Virg. Aen. II, 81. Lact. ad Stat. Ach. I, 94. Schol. Ambros. ad Virg. l. l. servavit versionem Varronis Atacini, de cuius Argonauticis cf. *Ruhnk.* ep. crit. II, p. 199 sqq. *Wüllner.*, de P. Terentii Varronis Atacini vita et scriptis. Monast. 1830.

72. Diversa fuit Pherecydis genealogia, qui Nauplii filium fecit Damastorem, cf. Schol. Apoll. Rh. IV, 1091.

73. *Clytium* vocat Varro l. l.

74. *Laernum* nominat Varro, ut *Laernam* pro *Lerna* habet inscriptio Gruteri I, p. 309.

75. Cf. *Buttmanni* Mythol. II, p. 93 sqq.

76. Apollod. II, 2, 1, 3. Eust. ad Hom. l. l. p. 632. Hygin. fab. LVII. *Völcker.* Mythol. p. 197.

77. Apollod. II, 2, 2 ib. *Heyn.* t. II, p. 111. Strab. VIII, p. 346. Virg. Ecl. VI, 48. Plin. H. N. XXV, 5, 21, 45. *Müller.* Arch. § 363, 2, cuius tamen explicatio vasculi Berolinensis n. 902, ab *Hirtio* (Die Brautschau. Berol. 1825.) ad Theseum Ariadnen a Minoe in matrimonium petentem relati, de Proetidis a Melampode curatis, ipsum vasculum intuenti maximis etiam premi videbatur difficultatibus. Diversissima mythorum explicandorum ratio apparebit comparanti *Böttig.* in *Sprengelii* Beitr. z. Gesch. d. Medic. II, p. 37, ib. *Sprengel.* p. 45 sqq. et *Schwenck.* etym. myth. Andd. p. 356. *Völcker.*, Myth. p. 197 sq.

78. Tacuit hoc *Schubart.* p. 51, cuius stemma eam ipsam ob rem displicere potest, quia omnia nimis quadrant. Ceterum duos Proeteos qui comminisceretur haud defuerunt, v. *Böttig.* Vasengem. I, 1, p. 102. *Schubart.* l. l. p. 66 sqq. *Völcker.*, Myth. p. 195 sq.

79. Idem *Heynius* ad Virg. t. II, p. 407 sq. Nauplium *Argivum* discernit ab *Euboico*.

80. Iure hinc Virg. Aen. II, 82 *Beliden* vocat, nam Danai et Agenoris pater fuit Belus. Servium autem, qui *septimo* gradu a Belo genus ducere Palamedem tradidit, erroris arguit stemma supra positum p. 19.

81. Potest inde fortasse coniectura duci, qua ratione Stesichorus in Orestea Palamedis mentionem fecerit, cf. supra p. 5.

82. Cf. *Welckerus*, Schulztg. II, 1831, n. 9, p. 785 sqq.: *Chiron, der Philyride.*

83. Cf. *Siebelis* de heroum Graecorum institutione eorumque magistris in *Matthiae* Misc. phil. II, 1, p. 67 sqq.

84. Docuit Achillem. Hom. Il. λ, 829 sqq. Schol. Arat. Phaen. 436. Galen. *εἰσαγ. ἢ ἰατρ.* t. XIV, p. 674 sq. Kuehn. Secundum Suid. s. v. *Χείρων* invenit *ἰατρικὴν διὰ βοτανῶν*; a Schol. German. 411 vocatur *artis medicinae inventor.* Ita *Chironica ars* apud Sidon. Apoll. epp. II, 12, p. 162 Sav., de quo loco cf. *Rigalt.* ad Onos. Strat. p. 18 sq.

85. Eudocia p. 84 narrat tantum, *Ἡρακλέα — μετασχεῖν τῆς τοῦ Χείρωνος ὁμιλίας Παλαμήδει ἅμα καὶ Ἀχιλλεῖ καὶ Αἴαντι.* Et simpliciter Palamedem inter Chironis discipulos enumerat Xenoph. Cyneg. I, 2, qui locus hac de re classicus est.

86. Cf. supra p. 3 sq. Phil. Her. X, 2 hanc rem veram esse negat.

87. V. *Heynius*, das vermeinte Grabm. Hom. p. 12 sqq. *Fuchs.* de var. fab. Troic. p. 85.

88. Hanc famam secutus est Dares Phrygius, qui narrat Palamedem suis virtutibus inventisque fretum contra Agamemnonem seditiones movisse c. 20, et Hectore interfecto, id assecutum fuisse, ut ultro ei imperium deferret Agamemno c. 25 sq., posteaque in acie a Sarpedone interfectum esse.

89. Simpliciorem narrationem supra retulimus p. 4.

90. Ita a multis haec narrantur in paucis tantum interdum inter sese dissentientibus. Cf. Philostr. Her. X, 7. Tzetz. Antehom. 363 sqq. ad Lyc. 386. 1093. Serv. ad Virg. Aen. II, 81, ibique Schol. Mai. Lact. ad Stat. Ach. I, 94. Boet. ad Cic. Top. 20, 76. Schol. Eur. Or. 422 addit, diversa loca tradita esse ab antiquis, ubi lapidatus sit Palamedes, Geraestum, Tenedum et Colonos Troadis regionem. Saepissime vero commemoratur Palamedis iniusta caedes a malevolo inimico perpetrata Cf. supra p. 11 sq. et adde Luc. de salt. 46. de calumn. non tem. cred. 28. Quint. Cal. Paral. V, 197 sqq. Tryphiod. 272. Polyaen. strat. I, praef. Dio Chrys. XIII, p. 428 R. Himer. or. XXII, § 3. Schol. Eur. Or. 422. Eudoc. p. 321. Virg. Aen. II, 82 sqq. Ovid. Met. XIII, 56 sqq. Ib. 619 sq. Hygin. fab. CV.

91. More athletico, cf. *H. Iunius,* de coma p. 515. *Müller.*, Archaeol. § 330, 1.

92. De hac re eximius est locus in *Bekkeri* Anecdd. II, p. 781 sqq.

93. Cf. *Boeckh.*, Staatshaush. II, p. 385 sqq. *Lepsius*, de tabb. Eugub. p. 67 sqq. Similiter tamen explicat Schol. Eur. Or. 422.

94. V. Philostr. Her. X, 3. Auson. id. XII, de litt. mon. 25:

Haec gruis effigies Palamedica porrigitur Φ;

Cf. Mart. XIII, 75:

Turbabis versus nec littera tota volabit,
Unam perdideris si Palamedis avem.

Nemes. frgm. de aucup. 15:

— Tarpeiae est custos non corpore maior,
Nec qui te volucris docuit Palamede figuras.

Cf. *Bochart.* Hieroz. II, I, c. 11.

95. Simili argumento usus Orpheo litterarum inventionem tribuit Alcidam. p. 671.

96. Cf. Her. V, 59. Dion. Hal. A. R. I, 91. *Wolf.* prolegg. p. LV sqq. De *Fourmontianis* inscriptionibus res confecta est a *Boeckhio* C. J. I, p. 61 sqq.

97. V. quae de *νόμοις ἀγράφοις* et *γραπτοῖς* habet *Hermann.*, Griech. Staatsalt. § 5, 12, p. 15, ed. alt.

98. Syrian. in Hermog. p. 17 apud *Spengel.* *συναγ. τεχν.* p. 6 *σύνδρομος ἡ ῥητορικὴ τῷ λόγῳ τῶν ψυχῶν καὶ πρὸ Νέστορός τε καὶ Παλαμήδες — ἠσκεῖτο.*

99. Τάξις, cf. Soph. fr. 379. Alcid. p. 671. Gorg. p. 689. Phil. Her. X, 3. Plin. H. N. VII, 56, 57, 202.

100. V. frgm. 168.

101. V. Plin. H. N. VII, 56, 57, 202. Graecis *σύμβολα* omnia signa sunt, de quibus inter plures convenerat, cf. *Creuzer.* Symb. I, p. 28 sqq. *Vömel.* ad Heges. de Halonn. p. 115, cl. Hall. A. L. Z. 1834, n. 11, p. 83 sqq. Ita sensu militari *σύμβολον* est signum bellicum, quo socii ab hostibus discernuntur, *tessera* cf. *Blomf.* gloss. Aesch. Ag. 7; *σύνθημα*, vocale signum, *Loosung*, *Parole*, cuius exempla v. apud Xen. Anab. I, 8, 16. VI, 5, 26. Appian. Civ. II, 76. Luc. pro lapsu 9. Jul. Capit. Pert. 5. Spart. Sev. 23. *Casaub.* ad Aen. Tact. 24; *παρασύνθημα*, mutum signum, *Cas.*

ad Aen. Tact. 25. *Rig.* ad Onos. 26, cf. *Stanl.* ad Aesch. Ag. 8. *Fabric.* Bibl. Ant. p. 814 sq. De his intelligenda *signa* apud Plin., ad quae referendi πύρσοι et φρύκτοι, quos Palamedes invenisse dicitur, cf. Soph. fr. 379. Alcid. p. 671. Gorg. 690. Dio Chrys. XIII, p. 428. Utebantur enim Graeci postea quoque igni, ut signa darent c. c. Xen. Anab. VII, 8, 15, cf. *Baehr.* ad Plut. Flam. 4, p. 89, et secundum Schol. Eur. Phoen. 1386, antequam tuba a Tyrrhenis inventa erat, Martis sacerdotes igni signa dederunt; unde mos Graecorum explicatur, inprimis Lacedaemoniorum (cf. Xen. rep. Lac. 13, 2. Nic. Dam. p. 187 Or.) ignem exercitui praeferri a πυρφόροις, qui sacrosancti fuerunt, cf. *Beck.* ad Arist. Avv. 1295, unde proverbium οὐδὲ πυρφόρος de ingenti clade, v. Her. VIII, 6, ib. intpp. *Welcker.*, Nachtr. p. 31 sq. Arsen. Viol. s. v. ib. *Walz.* p. 391. Conspicitur talis in gemma Berolinensi III, n. 1462. Utebantur his signis ad instar telegraphorum nostrorum, ut remotis hoc modo nuntium afferrent; ita in Aesch. Agamemn. cf. v. 6 sq. 272 sq. et posterioribus quoque temporibus saepissime, cf. Her. VII, 182. IX, 3. Thuc. II, 94. III, 22, 80. *Stanl.* ad Aesch. Ag. I. *Boiss.* ad Herod. Epim. p. 148; vocabantur autem φρυκτωρία v. *Beck.* ad Arist. Avv. 1161. *Blomf.* gl. Aesch. Ag. 32. Quantam vero in hac re artem praestiterint veteres, docet Polybius, cuius insignis de ea locus est X, 43 sqq.

102. Cf. Plin. H. N. l. l.

103. Ab Aeschylo ap. Schol. Prom. 458. Soph. fr. 379.

104. Athen. X, p. 426 E. Ἡ γὰρ δύο πρὸς πέντε πίνειν δεῖν ἢ ἕνα πρὸς τρεῖς· περὶ δὲ ταύτης τῆς κράσεως Ἴων ὁ ποιητὴς ἐν τῷ περὶ Χίυ φησίν, ὅτι εὑρὼν ὁ μάντις Παλαμήδης ἐμαντεύσατο πλῦν ἔσεσθαι τοῖς Ἕλλησι πίνυσι

τρεῖς πρὸς ἕνα κυάθους· οἱ δὲ ἐπιτεταμένως χρώμενοι τῷ ποτῷ δύο οἴνου ἔπινον πρὸς πέντε ὕδατος. Coniecerunt *Bentl.* ep. ad *Mill.* p. 65 ὁ οἰνόμαντις, *Toup.* ep. crit. p. 93 sq. ἀλευρόμαντις, (cf. *Fabric.* Bibl. Ant. p. 593. *Lobeck.* Aglaoph. II, p. 815. *Jacobs.* ad Ael. H. A. VIII, 5, t. II, p. 285.) *Jacobs.* animm. in Eurip. II, 10, p. 141 ἔριον ὁ μ., cum tamen nulla opus sit correctione. Ad εὑρών intell. αὐτήν, quamquam nonnihil offendit simpliciter positum ὁ μάντις de Palamede, et recte vulg. defenderunt *Schweighaeus.* ad Athen. l. l. et *Nieberding.* ad Ionis Chii frgmm. p. 89 sq., cuius in notitiam non venisse videntur ea, quae de Ione scripsit *Nitzsch.* in ind. lectt. Chil. 1828, p. 2, sicuti de τριαγμοῖς p. 96 sqq. conferre neglexit, quae scripsit *Lobeck.* Aglaoph. I, p. 353 sq. 384 sqq., idemque referre omisit, apud Schol. Ar. Avv. 573. *Ionis* nomen restituisse *Sillig.* catal. artif. p. 25.

105. Plat. rep. VII, 6, p. 522 D. v. supra n. 15. Gorg. p. 690. Manil. IV, 206. Herm. in Phaedr. Plat. p. 184. Dio Chr. XIII, p. 428. Athanas. or. c. gent. c. 18, p. 16.

106. Soph. fr. 380. Alcid. p. 671. Gorg. p. 690. Dio Chr. l. l. Athanas. l. l. Plin. H. N. VII, 56, 57, 197.

107. Cf. *Panofka*, Hyperb. Röm. Studien p. 166. Quod idem in pictura vasculi Palamedem et Protesilaum videri putavit ludentes, id incertum esse, ibidem monuit *Gerhard.* p. 167 et *O. Müllerus*, Arch. § 415, 1. Idem Hall. A. L. Z. 1835, n. 105, p. 210 not. mentionem fecit picturae simillimae, in qua ludentibus adscripta sint nomina *Aiacis* et *Achillis*, tum τρεις, τετταρα, mentionemque iniecit vs. illius: βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα, quem ex Euripidis Te-

lepho desumtum (cf. Eust. p. 1397) ridet Arist. Ran. 1420, cf. Schol. Ad Palamedem possit aliquis referre picturam vasculi Berolinensis n. 999, ubi conspicitur iuvenis nudus, capite coronato, sinistrum pedem sex lapillis rotundis superimponens, laeva hastam scutumque, dextra gladium tenens. *Millingen.* Schulztg. 1831, II, n. 52, p. 413, inter vasculorum picturas simpliciter refert latrunculis ludentes Palamedem et Thersiten, cf. Paus. X, 31, 1.

108. Retulit Polemo, monstrari in Troade suo quoque tempore lapidem, in quo luserint Argivi, teste Eust. ad Il. β, 228, cl. ad Od. α, p. 1397. Polemo est periegetes, de quo *Boeckh.* ad C. J. I, p. VIII. Sumta esse videtur haec notitia ex Ἰλίῳ περιηγήσει, quam tribus libris conscriptam refert Suidas, quo referenda esse etiam ea, quae de muribus a Troianis cultis ex eo narrant Schol. Venet. Il. I, 39. Schol. Arist. Rhet. II, 24. Clem. Alex. προτρ. p. 11 Sylb.; tum de Ornyto Clem. Alex. προτρ. p. 10, cl. Paus. VIII, 28, 3; item fragmenta e Schol. Ven. Il. III, 242, et Steph. Byz. s. v. Μυρμισσός petenda monuit me *Prellerus* noster, qui fragmenta Polemonis collecta habet, brevi, ut spero, proditura.

109. Cf. Paus. II, 20, 3. Eust. ad Il. β, 228, ad Od. α, p. 1397. Non infrequens vero apud veteres tale *reliquiarum* studium, cuius exempla vides apud *Zoegam,* Abhdl. p. 284 sqq. *Lob.* Agl. I, p. 51 sq.

110. Her. I, 94, de quo loco perverse iudicasse Athen. I, p. 19 A. docent intpp.

111. Eust. l. l. ἄβακος, ὅ ἐστι σανὶς καὶ φιλοσόφοις μὲν χρήσιμος εἰς διαγράμματα, cf. *Pass.* ad Pers. p. 365. *Luzac.* praef. ad *Valcken.* Callim. p. 10 sq. Cf. Etym. M. s. v. πεσσοί, cl. *Ruhnk.* ad Tim. p. 217.

112. Cum Plato Phaedr. p. 274 D. πεττεία ab *Aegyptiis* inventam dicat, respicere eum ad lusum quendam astronomicum putavit Eust. l. l. p. 1397, auctores afferens τὰς Πλάτωνος ὑπομνηματιστάς. Hoc inventum esse ab iis, qui Palamedi gloriam inventionis ereptam noluerunt, apertum est; nam Plato illo loco maximam partem eorum, quae Graeci a Palamede inventa esse dixerunt, Aegyptio *Thot* vel *Theut* tribuit, de quo cf. Plat. Phileb. p. 18 B. Cic. N. D. III, 22, 56. *Hug.* Untersuch. p. 268. *Creuzer.* Symb. I, p. 263 sqq.

113. De hoc Penelopes ludo secundum Athen. I, 14 *Cunzius* in *Wiedeburgi* human. Mag. 1787, 3, p. 237 sqq. *Nitzsch.* ad Hom. Od. I, p. 26 sq. accuratius exposuerunt. Quid? quod *Panofka*, Hyperb. Röm. Studien p. 325 sq., cum eburneus globulus inventus fuerit cum inscriptione σωφρωνι, quia Penelope saepissime σώφρων vocetur, e. g. Plut. coni. praec. t. VII, p. 417 Hutt. Achill. Tat. I, 8, putavit, pertinuisse olim eum ad ludum Penelopes. Quae coniectura paulum infirmior audaciorque mihi certe visa est.

114. De disco v. *Nitzsch.* ad Hom. Od. VIII, 190, t. II, p. 192 sq. Possumus ex artis veteris monumentis discobolorum claram nobis repraesentare imaginem, cf. de *Myronis* imprimis discobolo *Böttiger.*, Andeutt. p. 137 sqq. *Müller.*, Arch. § 122, 3. 423, 3.

115. De astragalis locus classicus est apud Eust. p. 1397; habebant vero non ut κύβοι sex numeros inscriptos, sed quatuor tantum, duo latera erant rotunda. Saepissime vero post Polycletum pueros vel puellas astragalis ludentes fingebant artifices, v. *Böttig.*, Andeutt. p. 115 sq. *Müller.*, Arch. § 120, 3. 417, 2. cf. *Gerh.*, Neap. Ant. Bildw. I, p. 434. *Müller.*, Arch. § 430, 1.

116. Singulariter Apul. Apol. p. 325 Elmsl. *Palamedem* cum *Sisypho* coniunxit, ut astutum et callidum notaret. De *Sisypho* res nota, quem *Welcker*. append. ad *Schwenckii* Audd. p. 321. Aesch. Tril. p. 550 sqq. σι — σόφον esse putat, cf. Hom. Il. VI, 150 ib. Schol. Arist. Ach. 391. Hanc ob caussam Sisyphi filium finxerunt *Ulixem*, v. Plut. Qu. Gr. 43. *Boeckh*. tr. Gr. pr. p. 169 sq. *Lob*. ad Soph. Ai. 190.

117. Videamus hic paucis de *Palamede grammatico*, de quo ita Suidas: Παλαμήδης, Ἐλεάτης, γραμματικός· κωμικὴν καὶ τραγικὴν λέξιν, ὀνοματολόγον, ὑπόμνημα εἰς Πίνδαρον ποιητήν. quem eundem Athen. IX, p. 397 A. ita commemorare: περιενεχθεισῶν δέ ποτε καὶ δορκάδων ὁ Ἐλεατικὸς Παλαμήδης ὀνοματολόγος ἔφη· οὐκ ἄχρι κρέας τὸ τῶν δορκάδων, dubium non est. Vixit ergo Athenaei temporibus sub Alexandro Severo. Unde vero his temporibus Eleaticus vel Eleates?*) Rectissime *Boeckh*. ad Pindar. t. II, p. XIX, illi Palamedi ex loco Platonico cognomen Eleatici datum esse censet, inde vero per errorem Suidam Eleatem dixisse, quod comprobare videtur *Meinck*. quaestt. scen. III, p. 6. Mihi vero in Suidae vv. suspectus est titulus libri ὀνοματολόγȣ, ut fuit *Hemsterhusio* praef. ad Polluc. p. 35, quamquam sine suspicione affert eum *Lobeckius* ad Phryn. p. 668, quia apud Athen. l. l. ipse Palamedes nominatur ὀνοματολόγος, sicut *Pollux* apud Schol. Luc. Lexiph. 1, i. e. *lexicographus*, itaque apud Suidam legendum videtur: Παλ. Ἐλ. γραμματικός, ὀνοματολόγος, nisi errasse

*) Inter utrumque hoc interest, quod Ἐλεατικός Eleaticae philosophiae addictum, Ἐλεάτης Velia oriundum significat. Idem discrimen intercedit inter *Cyrenaeus* et *Cyrenaicus*, quod minus recte esse omnino negavit *Heindf*. ad Cic. N. D. I, 1, 2, aiebat *Wolf*. litt. Anall. I, 2, p. 287; et inter Ἐρετριεύς et Ἐρετρικός, de quibus cf. *Bergl*. ad Steph. Byz. s. v. Ἐρετρία. *Davis*. ad Cic. Tusc. V, 39.

putes **Suidam.** Eius cum ita mentio fiat apud **Etym. M.** s. v. *ἁρματεῖον μέλος*· Παλαμήδης, ὁ ἱστορικὸς, ὁ τὴν *κωμικὴν λέξιν συναγαγών* mirabatur *Hemst.* ad **Arist. Plut.** p. 98, cur historicus vocetur, rectissime sine dubio *Boeckh.* l. l. emendat Ἐλεκτικός. Videtur tamen, cum tota nota spectet ad **Eur. Orest.** 1379, hoc potius ad *τραγικὴν λέξιν* Palamedis referendum. Eundem esse Palamedem, qui a **Schol. Apoll. Rhod.** I, 704. III, 107. IV, 1563. **Schol. Arist. Pac.** 913. **Vespp.** 730. 1147. 1161. citatur, iure contendit *Hemst.* ad **Arist. Plat.** p. 98 sq., auctor enim semper affertur explicationum obscuriorum verborum e glossario aperte desumtarum. Audacior eiusdem est coniectura, ea quae a **Schol. Apoll. Rh.** IV, 1614 *ἐν τῷ κωμικῷ λεξικῷ*, a **Schol.** IV, 973 *ἐν τῇ κωμικῇ λέξει τῇ συμμικτῷ*, a **Schol. Arist. Plut.** 310 *ἐν τῇ κωμικῇ λέξει* tradita esse dicuntur, ex eiusdem Palamedis esse desumpta; quae quam incerta sit, docent ea quae *Meinekius* composuit de *κωμικῶν λεξέων* scriptoribus, **quaestt. scen.** III, p. 5 sqq. Nec unus Palamedes *τραγικὴν λέξιν* composuit, tale opus concinnaverunt alii quoque, e. g. *Didymus*, cf. **Harpocr.** s. v. *ξηραλοιφεῖν*, *Epithersis* apud **Steph. Byz.** s. v. *Νίκαια* cl. *Meinek.* l. l. p. 7.

118. De voce *παλαμή*, cf. praeter alios *Sturz.* ad **Emped.** v. 324. *Welcker.* **Tril.** p. 175; de *Palamaone* vero vel *Eupalamo*, **Daedali** patre v. *Sillig.* **catal. artif.** p. 170; nomen *Palamaonis* etiam *Vulcano* tribuitur, cf. *Welcker.* **Tril.** p. 265. 279, qui idem *Daedalus* vocatur in vasculo picto apud *Millin.* G. M. XIII, 48 cl. *Müller.*, **Arch.** § 367, 3. Simillima ratione *Chiron* a verbo *χεὶρ* dictus est, v. *Welcker.* **Tril.** p. 175. 265 et *Dactyli* a *δακτύλοις*, v. *Neum.* **rer. Cret. sp.** p. 37. *Welcker.* l. l. p. 174 sq., quamvis improbet *Beck.* **obss. critt. et hist.** I, p. 8. IV, p. 13. Omnibus enim his nominibus notantur artifices, quamquam diversi generis.

Quanti vero momenti in tota mythologia etymologia sit, post *Hermanni*, *Welckeri*, *Schwenkii* aliorumque studia quis est qui nesciat? Cf. tamen *Beckii* admonitionem, obss. critt. et hist. I, p. 6 sqq. IV. Nec mirum. Etenim cum Graecorum nomina propria certam quandam significationem habere solerent, ita ut omina in iis quaererent, (quod tamen omnibus fere populis antiquis in usu fuit, cf. *Sturzii* progr. de nominibus hominum propriis olim ominosis putatis. Ger. 1789. 4. *Davis.* et *Gies.* ad Cic. de div. I, 45, 102. *Dorvill.* ad Charit. p. 312. *Heinr.* ad Cic. p. Scaur. p. 181 sq. Beier.), dandis nominibus praecipuam curam ponebant, cf. *Passov.*, Zweck u. Anlage Gr. W. B. p. 23 sq. Inde explicari potest studium illud circa nominum propriorum significationem ludendi, quod per Graecas litteras regnat, et ab Homero et epicis poetis, cf. *Huschkii* anall. litt. p. 331. *Isler.*, quaestt. Hesiod. excurs. p. 45 sqq., ad lyricos, v. *Schneidewin.* ad Ibyc. p. 144 sqq., et tragicos profectum est, cf. *Herm.* ad Soph. Ai. 425. *Elmsl.* ad Eurip. Bacch. 508. *Classen.* Gr. Gr. prim. p. 35 sq., et a multis acerbe vituperatum, cf. *Valcken.* ad Eur. Phoen. 639. *Klotz.* lectt. Venus. p. 178 sq. *Beck.*, de interpret. vett. scriptt. p. LXII. Nec historici eo abstinuerunt v. *Creuzer.* comm. Herod. p. 243. *Wessel.* ad Her. IX, 91, cf. quae in universum disputata de hac re sunt a *Meinek.* ad Euphor. p. 128 sq. *Lobeck.* ad Soph. Ai. 430. Aglaoph. II, p. 870 sq. *Wuestem.* ad Theocr. XXVI, 26. Itaque inprimis in mythicis nominibus fingendis hac ratione usi sunt poetae, ut ea indoli fatisve hominum accomodarent, cf. praeter alia, quae attulit exempla *Welckerus*, Tril. p. 355 sqq. Schulztg. II, 1832, n. 27, p. 214, eademque postea inprimis fabellarum et satirarum scriptores, de quibus cf. *Dorvill.* ad Charit. p. 247. *Weber.* ad Juven. Satt. p. 198 sqq.

VA1
1542840

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 4, *Parrhasium* quoque pinxisse *Ulixem* refert Plin. H. N. XXXV, 10, 36, 71, fuisse Ulixem insanientem docet Plut. de aud. poet. 3.

P. 24, l. 23 l. *circumscriptione.*

P. 26, l. 24 l. *Numeros.*

P. 26, De numerandi per digitos ratione multa collegit *Fabric.* B. L. t. III, p. 384.

P. 27, De proverbio *ἀφ' ἱερᾶς κινεῖν* adde *L. Bos.* ellips. Gr. s. v. *γραμμή.*

P. 28, In vs. Eupolidis pro *σε* *Welcker.* Nachtr. p. 164 reponendum censet *τε* i. e. *τινός.*

P. 33, Lucis de *Mnasea* allatis adde Plut. de Is. et Osir. 37, ubi Patarensem intelligendum esse contra *Squirium,* qui de Colophonium cogitavit, recte monuit *Valcken.* ad Eur. Phoen. p. 251.

P. 33, not. Ita *Diyllus* apud Plut. de glor. Athen. 1 vocatur *Διύλος*, idemque nomen apud Diod. XII, 5 corruptum est in *Διύλλος*, similiterque *Phaylli* nomen in *Φαΰλλε*, cf. *Wessel.* Prob. XVII, p. 138 sq. *Schaefer.* mel. crit. p. 127.

P. 34, not. Pseudo-Plutarchus citat *Dercyllum* ἐν πρώτῳ κτίσεων, parall. 17; ἐν τρίτῳ Ἰταλικῶν, ib. 38; ἐν γ περὶ ὄρων, de fluv. 1, p. 433; 8, p. 446; ἐν α σατυρικῶν, ib. 10, p. 450; ἐν α περὶ λίθων, ib. 19, p. 464; ἐν γ Αἰτωλικῶν; ib. 23, p. 469 (t. XIV Hutt.), quae omnia conficta censet *Valck.* l. l., sicut cetera, quorum auctoritas in illis libris affertur, scripta. Nihilo minus *Dorothei,* quem confictum scriptorem idem disertis verbis vocaverat ad Phalar. p. XI, memoriam nihil de fraude suspicatus fusius persequitur *Ebert.* Σικελιῶν p. 86 sqq. Neque talis fraus inaudita foret; impostorem persimilem esse *Osanni* Apuleium, ut hoc utar, nuper demonstravit *Madvig.* opp. p. 1 sqq., de personato Aurelio Victore de origine gentis Romanae, qui dubitat?

Digitized by Google

P. 40, n. 29 l. 386.

P. 41, n. 36. *Hemst.* emendationem *Φωνῆντα* pro *Φωνεῦντα* reiecit *Schaef.* ad Dion. Hal. de comp. v v. p. 155 sq.

P. 48, n. 66 Alios locos, in quibus disiecti membra poetae apud Apollodorum agnoscere liceret, notavit *Schaefer.* melett. crit. p. 88.

Praeterea spiritus et accentus aliquot locis prave positos ipse emendabit L. B.

Digitized by Google